ATENEO VENETO
95

J 7 K/1 /

ATENEO VENETO
8. rr. 47.

25

K di sup:
sic.

VNIVERSÆ MEDICINÆ BREVISSIMA ABSOLVTISSIMAQVE METHODVS,

ATENEO VENETO VENEZIA

AVCTORE

HIEREMIA THRIVERO
MEDICO clarissimo, ac quondam in celeberrima Academia Louaniensi professore publico & primario:

Quam immatura morte præreptus edere non potuit: nunc autem per DIONYSIVM THRIVERVM *Louaniensem, eius filium, in lucem edita.*

Cum Præfatione ad prudentissimum inclytæ ciuitatis Zirizææ Senatum: qua nonnihil detegitur nocentissima Empiricorum impostura.

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.
CIↃ. IↃ. XCII.

ВЕНЕЦ. ВЕНЕЦ.

AMPLISSIMO ORDINI SENATORIO REIP. ZIRIZÆÆ

DIONYSIVS THRIVERVS Medicus S. P. D.

INTER *omnes diuinas diuini quodammodo Hippocratis sententias*, Viri grauissimi, *hæc præ ceteris mihi semper celebris admodum visa est, & præclara:* Vita breuis, ars verò longa, occasio autem præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. *Digna etiam quæ non solùm ipsius Medicinæ tyronibus, sed omnibus etiam professoribus alta semper mente reposta maneat, vt tanto maiore studio, labore ac diligentia contendant, breuissimo vitæ spatio ad disciplinæ longissimæ, omniumq; aliarum longè difficillimæ cognitionem peruenire. Neque enim vt aliæ, aut è breuibus quibusdam dependet oraculis, aut hominum etiam decretis & auctoritatibus, sed variarum linguarum, plurimarum etiam artium liberalium, ac aliarum denique propemodum infinitarum rerum cognitione ac*

vſu. In primis ſiquidem in ea (vt interim de linguarum & ſcientiarum diuerſitate quæ aditum ad eam patefaciunt, taceam) admirabilis illa humani corporis, omniúmque eius partium ſtructura diligenter perſcrutanda venit & natura. plurima deinde morborum hanc violantium genera, eorúmque cauſæ ſuis ſignis ſunt diſtinguenda, quemadmodum ante multa ſecula trecenta illa fuiſſe ſcripſit Plinius & plerique alij tam Græci quàm Arabes medici, exceptis generum ſpeciebus, quarum omnium quanta ſit diuerſitas, facilè intelliget, qui tantum norit, quot ſub ſe differentias, febris nomen comprehendat: omiſſis his qui poſteà noui nec antea vnquam viſi accreuerunt, & indies accreſcunt: demptis venenorum plus mille diſcriminibus, caſibus etiam quotidianis lapſuum, ruinarum, ruptionum, luxationum, aduſtionum, vulnerum, hiſq; conſimilium. Tertiò vaſtiſſima denſiſſimáque illa remediorum aduerſus eoſdem infeſtiſſimos ſanitatis noſtræ hoſtes ſylua, diligenti eſt obſeruatione perluſtranda, in qua ea ſtatim triplici genere diſtincta occurrunt, ſtirpium ſcilicet, animalium & foſſilium, quorum vnumquodque quàm rurſus varium ſit aut diuerſum, non difficile ex tot millibus herbarum eſt cognoſcere, ſi ex vno reliqua æſtimare liceat. Prætereo nunc innumera

ex his

ex his omnibus ſimplicibus compoſita medicamenta. Iam neque horum omnium facultates duntaxat Medicina inueſtigat & vires, ſed & eorum opportunum & ſalutarem vſum ex orbe inquirit ſuperiore atque cæleſti, cuius alioquin conſtitutione neglecta aut aliter ignorata, ſæpius venenum erit quod in remedium datur. Ne autem ob tantarum rerum, quæ medico perdiſcendæ ſunt, varietatem, infinitámque penè difficultatem, nonnulli à tam præclaro, iucundo & vtili ſtudio deterrerentur, Galenus vniuerſam medendi artem, tam longè latéque ſe extendentem; in adeò ſuccinctam ac breuem contraxit methodum, vt propterea à quibuſdam artis paruæ titulo aut nomine inſcribi mereretur: quam etiam (optimæ memoriæ) parens noſter clariſſimis ſuis commentariis plurimùm illuſtrauit: ſicuti & alterum hoc medicinæ compendium magno ſtudio elucubratum nobis reliquit, omnibus ſtudioſis longè vtiliſſimum. Quamquam corruptiſſima hac noſtra ætate quamplurimi contemptis ac præteritis hiſce aut ſimilibus artis noſtræ inſtitutionibus, aut etiam (quod minùs ferendũ erat) iis Galeni aut Hippocratis libris, in quibus de morbis & eorum cauſis methodo inueſtigandis docetur, properent ſtatim ad Auicennæ, Haly, Rhaſis, Meſuæ, aut ſimilium Arabum monu-

menta, ex quibus quamprimum atque pestiferam quandam transcribendorum medicamentorum formam (receptam vocant) morborum interea nullam notitiam, tantùm generalia ac nuda quædam nomina acceperunt; magno quidem sed turpissimo quæstu in ciuium vitam grassantur, quibus vt quoque facilius & sub docti medici persona imponant, Italiam, aut Hispaniam, aut Burgundiam petunt, aut aliam exteram regionem ac longinquam, in cuius Academiis (Vniuersitates nominant) per sex aut septem menses remorati, nescio quam subitam & admirandam metamorphosim passi, ex professo, insignis Medicinæ insignes Doctores redeunt & professores, aliquando empto, sæpius ementito glorioso doctoratus titulo; & qui artis vestibulum numquam sunt ingressi, ad eius fastigium se peruenisse iactant, nihilque nisi praxim suam apud vulgus crepitantes, quam totam in descriptione alicuius medicamenti consistere autumant; cũ tamen congesta citra delectũ & rationem, multarum inuicem pugnantiũ radicum, herbarum, seminum & aliorũ turba, tam ineptam eam plerumq; faciant & absurdam, vt ab ipsis pharmacopœis meritò sæpissimè derideantur. Quare fit vt quando sacra miscentes prophanis, admirandam quandam nituntur ostentare artem aut sapientiam, crassam

suam

ſuam prodant inertiam atque inſcitiam, & vt morbum ſæpenumero varia huiuſmodi indigeſta, longeq; petita medicamentorum mixtione, alant, foueant & augeant, qui vna alioquin radicula commodè administrata, tolli facilè potuiſſet & curari, quemadmodum multis in locis non ſemel eos reprehendit Galenus. Certè ſi in huiuſmodi alicuius remedij deſcriptione tota curandi ars ſita ſit, omníſque eius conſtituta difficultas, rectè Theſſalus ille Neronis principatu, cuncta maiorum placita delere conatus eſt, artémque nouam profeſſus, quam ſex tantùm menſiũ ſpatio, auditoribus ſe edocturum pollicebatur, qui tamen eam ob cauſam ex omni medicorum ſchola eiectus eſt, ſicut & eius dogmata perſæpe à Galeno ſunt improbata: quòd tantæ artis ſit & difficultatis, purgans aliquod medicamentum ſub decocti forma aut alia, myropolæ præſcribere conficiendum, vt rudis aliquis barbitonſor, & quimis etiam alius Antronius aſinus vno atq; altero die facilè perdiſcere poſſet & imitari. Multò profectò prudẽtius quondam fecere Ægyptij, qui in adhibendis medicis tam curioſi fuerunt (teſte etiam Herodoto) vt ſingulis morbis, ſingulos ſuos aſſignarent & præficerent medicos; exiſtimantes, ob vitæ noſtræ angustiam, impoſsibile eſſe, vt vnus omnium morborum, cauſarum, & remediorum

possit consequi cognitionem. Tanto magis admiranda, nec vnquam satis detestanda venit pestilentissima Paracelsistarum aut Alchymistarum (vt appellant) nostri temporis hæresis, qui plerique omnium disciplinarum ac literarum ignari, reiecta spretáque vera & antiqua illa medicina, à Deo Opt. Max. (omissis nunc nugis poëtarum & aliorum qui fabulosè de huius inuentoribus scripserunt) Adæ primo nostro parenti infusa & indicata, & postea à tam præclaris ingeniis aucta & illustrata, nescio quam nouam fingendi, mentiendi ac imponendi artem inuenerint, aut ab ipsis Inferorum sedibus euocârint, vno ferè eodemq; remedio, omnium morborum quos non cognoscunt, nec vnquam studuerunt cognoscere, curationem impudenter promittentes, sicq; miseropopello imponentes; quemadmodum is semper magis capitur & inescatur fuco & impostura, quàm ipsius rei veritate. Hinc etiam hodie turgidus quidam chirurgiæ magistellus, diobolaris pharmacopola, vesana mulier, & ex abiectissima plebe, quilibet etiam sordidissimus artifex sedentarius, propriam professionem exosus, quod ex ea non habeat quo insatiabili suæ auaritiæ satisfaciat, confugit ad Paracelsi aut alterius cuiusdam librum, materno idiomate de vrinarum differentiis, herbarum facultatibus

tractan-

tractantem, ex quo statim atque colorum in lotio discrimina aliqua leuiter annotârit, spumæ & bullarum significationes, stirpium nonnullas vires didicerit, medicum simulat & fingit, pulsum explorat, vrinam inspicit, & ex vna eius etiam ad dies aliquot adseruatæ, aut certè ex longissimis partibus apportatæ inspectione, effronti audacia, quidnis de morbi condicione & euentu se dicturum promittit: cúmque inuestigandorum morborum methodum nullam habeat; vt tamen aliquid videretur dicere, nunc hepar extenuatum, nunc pulmones putrefactos, nunc è capite in partes subiectas distillationem (catarrhum dicunt) nunc hos, nunc alios in corporibus humanis comminiscitur affectus, sicuti & temeraria admodum manu eisdem remedia adhibet citra iudicium & rationem: vel venæ sectione sanguinem detrahens, aut purgatione humores educens, hic euphorbio, ille colocynthide, tertius antimonio, vel simili toxico & deleterio medicamento, à quo frequenter ægroto plus est periculi quàm ab ipso morbo; vt pote cui ipsum succumbere ferè semper foret necesse, nisi naturæ validæ vires, vt morbi malignitatem, sic & medicamenti deleteriam omnino facultatem vincerent & superarent. Horum impiis nefandisq; impostoris ac diuinationibus tandē nunc factum

est, vt omnis etiam verus, eruditúsque medicus, contra mentem, contra omnem rationem, contra omnia denique artis præcepta, ex sola vrinarum inspectione, medicinam apud vulgum facere cogatur. nam eò insaniæ ac dementiæ deuenit, vt nisi ex allato ad medicum lotio, audiat morbi speciem, partem affectam, sexus ægrotantis distinctionem, euentum, omniúmque simul symptomatum & accidentium magnitudinem, cum maxima abit indignatione, & circumforaneos fucatósque illos adit medicos, inter quos eum doctissimum iudicat & expertissimum, qui quàm fortunatissimè in hac ariolandi arte versari consueuit: audies enim sæpe dicentem, Sic omnem mihi morbum exposuit, sic locum dolentem demonstrauit, sic omnia accidentia enumerauit, quasi corporis mei abditissimis partibus insedisset. Profectò si imperita illa plebecula, de huiusmodi rebus grauioribus bene vnquam iudicare potuisset, numquam, cum tanto vitæ discrimine, salutem suam & incolumitatem ineptis indoctisq; huiusmodi hominibus crederet aut committeret. Quare Principes, magistratus & alij, quibus Reipub. salus commissa est & delegata, quando pictis huiusmodi mediciis, veris autem carnificibus, grassandi libertatem præbent & licentiam, eam prorsus negligere, aut

ignorare

ignorare videntur. Nulla enim alia est disciplina tam facilis, nulla etiam ars mamuaria tam vilis, sordida, & abiecta, ad cuius publicũ exercitium non admittitur, nisi is qui eandem saltem aliquot annis, sub eiusdem artis professore aut magistro (vt aiunt) didicerit, & eius iam specimen ediderit & exemplar: interea ad professionẽ medicinæ, artis tam præclaræ atque diuinæ, omniumq; aliarum longè obscurissimæ ac difficillimæ; in qua non agitur de fundo, villa, aut aliis huius mundi facultatibus retinendis, aut recuperandis, non de calceo suendo, aut etiam veste paranda aut reparanda, sed hominis secunda valetudine (qua illi sub cœlo nihil contingere potest iucundius, dulcius, vel vtilius) conseruanda, & aduersa propulsanda, omnes omnium literarum rudes tolerantur & permittuntur, barbitonsores, aromatopolæ, sutores, textores, fabri, mulieres, circũforanei & similes stupidissimi asini, ab ipsa prima adolescentia in densissimis ignorantiæ tenebris enutriti. Vna, procul dubio, causa, quòd ipsa medicina iam ferè omnibus sit despectui, & ipsius professores habeantur ludibrio: quæ tamen ars inter omnes vna, priscis seculis, quando nondum sordidi quæstus & fœdæ voluptates vitiassent omnia, aliarum omnium dignissima habita est, & præstantissima, à potentissimis Imperatoribus, opulen-

opulentissimis Regibus, ac aliis clarissimis viris maximè celebrata : quemadmodum veros eius cultores tanquam Deos colebant, imò quosdam in Deorum immortalium numerum referebant. Quare prædicta omnia medicorum monstra, tanquam pestes, ex omnibus bene constitutis vrbibus expellenda sunt, & illi tantùm medici admittendi, qui ingenio admodum præstanti, à teneræ ætatis incrementis huic arti perdiscendæ toti se consecrârunt, & omnibus omnium rerum eam constituentium studiis meritam & iustam operam impenderunt, insistentes semper quantum possunt Hippocratis & Galeni, aliorúmque antiquissimorum & probatissimorum medicorum vestigiis, duoq; semper ad rectè curandum necessaria instrumenta, rationem scilicet & experientiam coniungentes, neque vnum sine alterius præsentia magni æstimantes, maximè in eorum morborum curatione, qui cùm in reconditissimis corporis partibus delitescant, nunquam innotescent, nisi diligenti omnium symptomatum inuestigatione eruantur. Ad hanc autem curandi artem, cùm via admodum longa sit & difficilis, non facilius studiosa iuuẽtus peruenire poterit, quàm si à compendio aliquo, temperaturarum & morborum cognoscendorũ curandorumq; generalia quedã capita complectente, auspicetur.

Huius-

Huiusmodi autẽ est præsens (vt eò vnde aberrauimus redeamus) patris nostri liber, quem inter alia præclara eius scripta reperi, quæ præmaturè ex hac mortali vita euocatus, edere, multa etiam absoluere non potuit. Quare superioribus aliquot annis, quantum otij ab artis nostræ exercitatione, & aliis negotiis familiaribus suffurari potui, id totum illis perficiendis absoluendísque insumpsi, vt aliquando pro ingenij ac eruditionis meæ mensura, perfecta & absoluta, in apertã intelligendi lucem prodire possent, quemadmodum id officij mei ratio à me exigere videbatur. Neque sanè tam diu illa suppressissemus, aut nobis reseruassemus: nisi Typographi nostri typis suis excudere aliquando recusassent: idq; ob turbulẽtissimi temporis nostri infelicitatẽ, quo omnes ferè literæ ac disciplinæ contemtæ iacent & despectæ; ac pro veritate ipsa, merus fucus & impostura, pro eruditione barbaries, pro arte denique ἀτεχνία maximè grassatur ac dominatur. Iam quorundam etiam æmulatio & inuidia ab eorum diuulgatione me nonnihil deterrebant. Sicuti enim patrem nostrum quando inter mortales adhuc esset, summáque cum laude, gloria, & nonnullorum etiam vsque ad inuidentiam admiratione, artem hanc nostram in celeberrima Louaniensi Academia profiteretur, quidam liuidi magis quàm docti

non

non cessarunt virulentis suis telis lacessere, ita & impræsentiarum non defuturos vereor, qui erudita & præclara eius monumenta, quibus tamen nominis sui memoriam consecrauit immortalitati, carpere tentabunt & lacerare. Excreuit tamen tandem audacia, præsertim quando pro maiorum maximè laudata consuetudine, sub grauiorum quorundam virorum tutela & patrocinio ea publicare statuissemus: quemadmodū & præsentem in veram medicinā Isagogen, nominis vestri auctoritate munitam & protectā omnibus nunc communicamus & diuulgamus, quòd illud magis quàm aliorum statim multis de causis occurreret. inter quas ea prima præcipuáque est, Viri prudentissimi, *quòd vobis gratias nunquam agere potero dignas, pro vestra in me summa liberalitate ac munificentia, qui me iam ante annos xiij. cùm in eum iam statum res vestræ deuenissent, vt in peiorem deuenire vix possent; vtpote cùm nunc mare vniuersam vestram insulam teneret & occuparet, eius aggeres vtrinq. deturbaret, ac nonnullis in locis iam solo ferè æquaret, muros etiam vrbis vestræ vndique violentissimè concuteret. Omitto iam prioris longissimæ, artissimēque obsidionis immensos sumptus, aliáque grauissima incommoda, & post eius deditionem tumultuantium in ea Gallorum aut Wallonum*

(*vt*

(vt appellant) pluſquã barbaricam inſolentiam, per quam penè in facultatum ſimul ac vitæ ſpoliationem incideratis: qui eo inquam tempore, tot miſeriis, tot calamitatibus oppreſsi, me ex Brabantia, ob belli tumultus & pericula profugum, maiore donaſtis ſtipendio (quod etiã anno proximè exacto duplicare dignati eſtis) quàm vnquam antea aliquem alium medicũ, quando in vberrima omnium rerũ viueretis affluentia, aut quàm etiam id temporis alia quæuis totius Zelandiæ aut Hollandiæ ciuitas opulentiſsima ſuos donaret medicos, ſicuti & in ſcholæ veſtræ moderatorem, & alios omnes Reip. veſtræ inſeruientes, annua ſalaria ampliora præ cæteris omnibus ex publico veſtro ærario confertis. Ego igitur vt pro tanta veſtra erga me benignitate vobis ac poſteris omnibus, pro fortunæ meæ tenuitate, tenue aliquod relinquerem argumentum, has genitoris noſtri vigilias, vobis offerre volui. Acceſsit altera meæ dedicationis cauſa, quòd non dubitarem quin clariſsimi nominis veſtri inſcriptione, omnibus forent longè gratiſsimæ, & aduerſus omnes omnium Zoilorum morſus optimè præmunitæ, quòd apud omnes ſumma auctoritate valeretis & gratia, cùm ob alias præclaras veſtras dotes, tum ob magnam illam in adminiſtranda Repub. veſtra prudentiam & ſapientiam, eximiam quoque erudi-

eruditionem, qua reliquarum Zelandiæ vrbium magistratus vincitis & superatis, quemadmodum & maiores vestri à multis iam seculis semper vicerunt & superarunt: adeò vt ausim affirmare (sine vlla tamen assentatione) ex hoc vestro oppido, plures prodiisse viros eruditos, plura præclara ingenia, quàm ex celeberrima populosissimáque aliqua Zelandiæ aut Hollandiæ vrbe, quorum nomina, eorum more, qui ingeniorum suorum fœtus auis aut proauis vestris consecrarũt, hîc referre nolui. Hinc mirum etiam non est, optimum & inuictissimum quondam Principem nostrum, Carolum hoc nomine V. Romanorum Imperatorem semper Augustum, tantopere aliquando admiratum fuisse huius vrbis Senatus exquisitam doctrinã, exquisita ingenia, maximè D. Magistri Francisci à Zandic, & M. Leuini à Burg, qui tunc temporis à secretis huius vrbis erant, singularem adeóque eraram eloquentiam, vt in nulla Belgicarum suarum prouinciarum ciuitate, similem se audiuisse diceret. Quare si rectè diuinus ille Plato eas Respub. beatas esse existimauerit, quæ à sapientibus aut sapientiæ studiosis administrantur; vestram certè, à tam doctis & prudentibus semper viris administratam, ter quatérque semper beatam fuisse necesse est. Profectò ex solis propemodum litteris cognoscitur

ſcitur quomodo ciuitates, regnaregenda ſint & imperia, quæ ſi ſine iis tutari poſſe videntur, propagari tamen vix poſſunt. In exemplo Thebani ſunt, quorum regnum cum illorum duce Epaminonda viro literatiſsimo ſummoq. philoſopho, vt natum, ſic & exſtinctũ planè fuiſſe conſtat nam ante eum ducem, nullum memorabile bellum geſſere, nec poſtea virtutibus aut victoriis, ſed cladibus inſignes fuere. Similiter neque Athenienſes, aut terræ amplitudine, aut militum multitudine, magis prudentia & ſapientia totam aliquando Græciam ſubegere. Sed nec Alexander ille Magnus, in ipſo adhuc ætatis flore, non ſolùm vniuerſæ Græciæ, quæ iam ab eo ad Perſas defecerat, ſed etiam totius terrarum Orbis imperium, tam facilè fuiſſet conſecutus, niſi ab ipſa ſtatim pueritia, acerrimis literarum ſtudiis ſe dediſſet, & ea exacta, ab Ariſtotele, omnium philoſophorum præſtantiſsimo, optimis quibuſque diſciplinis, præſertim philoſophia, optimè fuiſſet inſtitutus. Quemadmodũ nec Cæſar noſter Carolus (vt externa iam hæc exẽpla omittamus) vnquam tam longè lateq. in quatuor mundi regiones imperiũ ac potentiam ſic extendiſſet ſuam, niſi Adrianus *Vltraiectenſis, poſtea ſummo Pontificatui præfectus, illi priuslitteras & ſanctos quoſque mores magno ſtudio inſtillaſſet.*

Iam non ſolũmodò eruditione veſtra ac prudẽtia, eam nunc famæ aut nominis claritatem adepti eſtis & cõſecuti; ſed magna quoq; & admirabili illa in reparandis vel inſtaurandis aggeribus, ingenij veſtri dexteritate, qua rurſum ceteros Zelandiæ incolas multũ ſemper antecelluiſtis: ſicuti iam annis elapſis XIII. *in hac veſtra Scaldiæ inſula re ipſa abundè ſatis demonſtraſtis, vbi opus tam arduum ac difficile tandem abſoluiſtis & perfeciſtis, in maximam omnium eorum admirationem, qui de eo abſoluendo perficiendoq; omnino deſperabant. Hinc etiam apud omnes exteras gentes & nationes, huius artis & induſtriæ veſtræ fama, hoc tempore adeò increbuit & dimanauit, vt ſi quando æſtuantis maris impetu, magnaq; ventorum vi, in ſimile diſcrimen contingat deuenire, veſtram magis quàm aliorum operam & artem deſiderare ſoleant atque implorare. Atque his potiſſimùm de cauſis, inter cæteras, præſentes parentis noſtri labores, in veſtræ dignitatis clientelam dare, veſtra humanitate freti, auſi fuimus. Oramus autem vos, quanta poſſumus animi demiſſione, vt eos in pignus gratitudinis & voluntatis erga vos noſtræ grata benignáque manu accipere dignemini. Quod ſi feceritis, vti confidimus, ad maiorem alacritatem, ſtudiúmque edendi maiora,*

in qui-

in quibus olim etiam desudauimus, nos excitabitis. Interea Deus Optim. Maxim. vestram dignitatem (cui me humiliter commendo) Reipublicæ vestræ diu seruet incolumem.

Ziriczæ, ex nostro museo, ipsis Kalendis Septembris, Anno à nato humani generis Seruatore M. D. XCI.

DIONYSIVS THRIVERVS
MEDICARVM LITERARVM STVDIOSIS S.

VIDISTIS aliquando, ni fallor, ſtudioſi optimi, nonnulla præclara parentis noſtri (optimæ memoriæ) monumenta, quæ ipſemet quando adhuc inter mortales hîc viueret, in communem veſtram vtilitatem edidit. Inter hæc ſunt clariſſimi commentarij in Hippocratis Aphoriſmos, in Libros De ratione victus in morbis acutis: item in Librum eiuſdem, ſiue, vt aliis placet, Polybi, De ratione victus idiotarum: rurſus in Celſum De ſanitate tuenda; ac alij breuiſſimi in breuiſſimum Polybi libellum De ratione victus: in Galeni πυκνὸν, Libros De temperamentis, De inæquali intemperie. Præter hos commentarios, ſunt diuerſæ quædam diſceptationes, vt De ſecanda vena in pleuritide contra Fuchſium, & alia contra eiuſdem Apologiam argumenta. De ſecuriſſimo victu à Neotericis perperam præſcripto. Super natura ſolidarum partium cum Ariſtotele & Galeno. Libellus præterea De ratione victus iuxta morborum tempora: Paradoxa de aqua, aëre, & vento. Variæ denique variarum rerum ſententiæ, quas Apophthegmata nominauit aut inſ ipſit. Præter hæc eius opera, nulla alia typis alicuius euulgata vnquam vidi, nec alios etiam medicos, ætate me longè priores aut grauiores, vel etiam

etiam chalcographos aliquos aliqua vidisse audiui. Quare vbi in prædictis suis Commentariis in τεχνὴν Galeni, aut Hippocratis Aphorismos sic aliquando ait : *De his in libris Galeni De morbis & symptomatis, De locis affectis aut crisibus diximus*, scriptoris vitio, *diximus*, pro *dicemus* scriptum esse puto, aut patrem subintellexisse hæc duo verba, *breui edendis*, aut similia, quasi dicere voluisset : De his in commentariis nostris breui edendis in lib. Galeni De morbis & symptomatis, locis affectis aut crisibus diximus. Hoc eum etiam voluisse significare, satis colligere licet ex epistola sua ad Lectorem, quam in calce expositionum suarum in Aphorismos Hippocr. adiecit, in cuius fine sic scriptum reliquit. *Sed eorum omnium in proximis operibus elenchum simul dabo : appello proximos commentarios nostros in libros De febribus, De crisibus, De morbis & symptomatibus, De locis affectis. Spero enim, quòd in istorum singula propediem labores nostros videbitis.* Ex quibus verbis satis constat eum huiusmodi commentarios tum temporis non edidisse, sed speraſse paucis pòst diebus se edituru esse, quemadmodum etiam edidisset si vita suppeditasset. Ipse autem moriens bibliothecam suam mihi legauit, serioque matri ac reliquis amicis mandauit, ne vnquam committerent, vt illa in fratris manus aliquando deueniret. Ille tamen post eius mortem Louanium rediens, quædam patris scripta surripuit, quædam etiam ab iis quibus commissa erant precibus extorsit, præsertim perfectissima quæque & absolutissima, quibusque extrema manus à genitore erat imposita, è quibus

vnum

vnum tantũ exemplar; (nec id etiam sine magnis sumptibus ac laboribus recuperare nobis licuit) imperfectiora verò quæque; vtpote quibus prima tantùm manus adhibita erat, nobis reliquit. Parens autem quando maximo meo omniumque amicorum damno ex hac misera vita in illam longè beatissimam emigraret, vixerat annis plus minus quinquaginta duobus, quando ego adhuc puer eram elementarius, vt quatuor aut quinque tantùm annos natus. Postea pueritia exacta, & Latinis literis quantum decebat imbutus, ad philosophiæ & reliquarum artium, quas liberales appellant, studium me transtuli. Sed nec huic semper immorari volens, vbi in eo pro consuetudine gradum accepissem, ad Medicam artem animum appuli: solent enim plerique filij (teste etiam Cicerone Officiorum libro primo) maximè ea studia sectari & æmulari, in quibus eorum patres aut maiores aliqua gloria præstiterunt. Atque in hac iam ante annos duos & viginti Louanij promotioné, vt nominant, adeptus, cœpi nonnumquã de patris laboribus perficiendis edendisque cogitare, quemadmodum id officij mei ratio, & ea, quam optimæ patris memoriæ debeo, à me exigere videbatur. Hinc superioribus aliquot annis, quantum otij ab artis nostræ exercitatione & familiaribus negotiis mihi impetrare licuit, id totum illis absoluendis perficiendisque insumpsi, vt pro ingenij ac eruditionis meæ mensura, absoluta & perfecta aliquando in apertam intelligendi lucem prodire possent, quemadmodum & nunc præsentem hanc totius Medicinæ breuissimam, tamen absolutissimam;

tissimam, methodum omnibus communicamus. quare autem priùs non cõmunicauerimus, in præcedenti epistola diximus. Hanc autem si gratam vobis fuisse intellexerimus, prænominatas omnes & etiam alias parentis lucubrationes aliquando, breui autem clarissimas eius elucidationes in libros Gal. De differentiis febrium, & Plutarchum De sanitate tuenda, non minori vobis emolumento futuras, Deo fauente, dabimus. Interea valete & bene consulite.

METHODVS

VNIVERSÆ MEDICINÆ,

AVCTORE HIEREMIA THRIVERO QVONDAM MEDICO LOVANIENSE.

QVATVOR sunt artis medicæ officia, quorum primum sanitatem acceptam seruat: secundum clam ac paullatim priorem in meliorem transmutat: tertium, ruentem ac præcipitem retinet: quartum, morbos etuit ac veterem alacritatem reponit. Quatuor artis medicæ officia.

Rectè ergo ac eleganter Galenus subiectum medicinæ, aut argumentum (ipse scopum appellat) sanitatem constituisse videtur: finem verò, sanitatis adeptionem. Nam quæ de morbis, eorumque causis, ac signis traduntur, eò omnia referuntur. Ars procul dubio pulcherrima, quanquam plerique hoc illi vitio vertant, & nomen artis non nisi vilioribus artibus tribuant: atque artem opere, scientiam verò contemplatione definiant. Qui quidem

Subiectum medicinæ sanitas.

Finis sanitatis adeptio.

Medicina omnium scientiarum præclarissima.

quidem quantum mihi apparet, medicinam omnium aliarum scientiarum præclarissimam faciũt. Nam quamuis ita sit, vt propriè scientia de iis rebus dicatur, quarum sola est contemplatio, nunquam tamen nominis iniuria, aut peculiaritas, suo medicinam frustrabitur honore. Nam nequaquam præferri debent quæ ad solam contemplationem spectant, his quæ vna cum ipsa speculatione ad opus aliquod conducunt. Omitto iam non solùm Medicinam, sed & alias liberales scientias omnes, atque adeò ipsam Mathematicam, quæ tamẽ propriè scientia dicitur, artis nomenclaturam libenter audire. Vix sola Theologia aut Iurisprudentia hoc nescit. Nec mirum: nam reliquæ disciplinæ ingeniosum virum requirunt & solertem: Theologia magis sapientem ac pium: Iurisprudentia autem, vt ex nomine est colligere, prudentem ac pium. Scio quòd & ignaua quædam artificia, artis nomen sibi vendicent: Verumtamen & iis in sua inuentione fuit difficultas, quamuis nunc sit facile apprehendere inuentas: ita communiter dicimus de multis rebus, eas non esse magnæ artis, sed tantùm scientiæ. Iam neque Medicina sic artis nomen induit, vt omne scientiæ nomen exuerit. Quinimo & inter multas alias hoc nomen meretur præcipuè, vtpote in qua principia reperies, media, & fines, quæ in sacris historiis, vel ethnicis, aut etiam iurisprudentia longo tempore requires.

Galenus medicinam communiter non propriè scientiam dicat.

Cur igitur Galenus medicinam communiter, non autem propriè scientiam appellat? Nunquid propriè scientiam nominat, cuius finis contemplatio, vel quod est verisimilius, cuius certus est vsus, vt est ipsius

est ipsius Mathematicæ, certè nullius incertior, quàm ipsius Medicinæ. Verùm & hoc rursus illi cum aliis multis commune, vt principia eius, ac præcepta sint certa, professores autem incerti. Atque hactenus de priuilegio scientiæ, aut artis medicæ. Quæ quidem, vt reliquæ omnes artes quæ methodo inhærent, per resolutionem inuenta est, ac à notione ac vsu finis incipit: & deinceps paullatim explorat media & causas. Sic, vt crassa Minerua agamus, ædificandi artem, ac tectum inuenit cœli iniuria: nam statim tectum postulat (cui innitereturr) murum; murus autem fundamentum. Nihilosecius in re medica, præceps sanitas remedium quærit; remedium, remediorum discrimina; remediorum discrimina, corporum, morborum, signorum, ac causarum differentias. Contrario ordine innititur compositiua: nam hæc à causis incipit, & ipso effectu ac fine finitur. Manifestior erit sermo per exẽpla. Curatio scilicet in doctrina resolutiua est principium: finis verò elementum aut temperamentum. E contrario in doctrina compositiua, hoc est principium, illud verò postremum ac finis. Atque hoc ferè ordine omnes traduntur scientiæ. Proximè ad hanc accedit doctrina definitiua, quæ ferè in nullo alio ab ea differt, præterquam quòd definitionem praetermittat. Ita Auicenna simul definitiuam & compositiuam fecit. Non tamẽ semper eundem ordinem seruare debet, sufficit quòd ordinem particularium in definitione exequatur. Habet autem & hæc suam seorsum vtilitatem & facultatem. Nam vt resolutiua inuentione, & compositiua demon-

Medicina per resolutionem inuenta.

Doctrina cõpositiua.

Per compositionem omnes traduntur scientiæ.

Doctrina definitiua.

Quemadmodũ doctrina resolutiua inuentione, compositiua

demonstratione: ita definitiua memoria valet.

demonstratione: ita definitiua compendio valet & memoria. Semina enim habet definitio omniũ earum rerum quæ postea differuntur. Sed & compositiua & resolutiua latiùs per omnia vagantur & luxuriantur, definitiua verò circa suas partes cogitur. Non licet autem definitiuam doctrinam à qualibet auspicari definitione, sed substantiali tantum. nam accidentales, duntaxat accidens aliquod, aut proprium, aut finem ostendunt, & nunc plus, nunc minus continent: verùm substantiales semper cum definito conuertuntur.

Definitiua doctrina à definitione substantiali auspicanda.

Medicinæ definitio à Galeno tradita.

Est autẽ talis Galeni in techna ipsius Medicinæ definitio, quando inquit: Medicina est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum. Alius reddidit, sanorum & ægrorum: alius sanabilium & ægrotabilium: alius etiam pro insalubribus, fortè morbidum reddet & morbosum. Nam diu quæres, antequam vnum & idem nomen reperies, quod corpori, causis, & eorundem signis, æquè eleganter conueniat: aut etiam quod simul significet corpus malè affectum, causas, & signa. Nam corpus sanum dicitur, causa verò salubris, itidem & signum. Clarior igitur in hunc modum erit definitio: Medicina est scientia omnium eorum quæ pertinent ad salubrem, insalubrem, aut neutram corporum condicionem. Non enim huc tantùm referuntur corpora, sed & causæ, ac signa. Neque quis admiretur, quòd inter contradictoria, salubre ac insalubre, ponamus medium, neutrum scilicet. Non enim iuxta vim nominis insalubre appellamus, quicquid non est salubre, sed quicquid non est manifestè ac sensibiliter salubre, hoc

Alia multo clarior definitio.

est bene

est, bene temperatum aut fortunatum. Neque rursus salubre dicimus quod bene est comparatum, sed quod manifestè tale est. Atqui nunc & sub meridie, & septentrione nostro, aut etiam alibi multa corpora sana inuenies, quæ an temperata sint, an intemperata, definire nequeas. Atque hæc sunt quæ in medio suspendimus, & neutra appellamus. Ergo neque illud admirandum, si vt inter salubre & insalubre neutrum ponimus: ita & inter sanum & ægrum. Nam licet secundum rationem contrariorum immediatorum omne corpus sanum sit, aut ægrum; tamen secundum sensum aliquod occurret, quod neque sanum, neque ægrum definies. Talia sunt corpora senum, conualescentium aut ægrotare periclitantium: & rursum quorundam ex natura valetudinariorum ac imbecillium. Sensus enim paruas differentias discernere nequit, quare in medio constituit. Poterat igitur sic Galenus dicere: Medicina est scientia signorum, causarum, & corporum, quæ aliquo modo ad salubrem, aut insalubrem constitutionem spectant. Sed meliùs neutram dispositionem interseruit: nam vt philosopho satis est generales cognouisse corporum differentias: ita medicus speciales magis distinguit. Quare exquisitior adhuc & liberalior hoc modo erit definitio: Medicina est scięt̃ia omnium eorum quæ pertinent ad sanitatis, ægritudinis, & neutrius dispositionem. Atque hæc forrassis omnibus aliis definitionibus clarior erit; commodior, & luculentior, vtpote quam statim pulcherrima excipit diuisio, quæ corpora sana in salubria, insalubria, & neutra distinguit. Non enim parũ salubria

Sensus paruas differentias nõ agnoscit.

Tertia medicinæ definitio.

Alia definitio omnium clarissima ac perfectissima.

Corpora salubria.

à sanis differunt, quippe salubria dicuntur quæ bonam habent constitutionem, atque ea tantùm: sana verò, quæ qualemcunque sanitatem obtinent,

Corpora sana.

quorum, vt inquit Galenus, triplex est latitudo, salubrium, insalubrium, ac neutrorum. Salubria sunt, quæ bonam simpliciter indolem obtinent, hoc est, elegantem, aut iustam similarium partium

Insalubria. Neutra.

temperiem, & instam corporis fabricam. Insalubria, quæ malam: Neutra, quæ ambiguam habent. Ac ne hîc quidem oportet consistere, sed deinceps oportet corpora salubria in suas differentias discernere. Non enim corpora salubria æquè fortunata, sed quædam ex iis nequaquam vulgarem, sed elegantissimam corporis indolem nacta sunt, quæ

Salubria simpliciter semper.

Galenus salubria simpliciter semper nominat: ego autem ea simpliciter vocabo saluberrima, aut si mauis saniſſima. Quædam nonnihil ab horum natura recedunt, sed valde parum, tantùm primorum corporum elegantia in his est obscurior. Et

Salubria simpliciter vt multum.

hæc simpliciter salubria vt multum vocat Galenus, & ego clariùs dicam saluberrimis proxima. Sunt alia quæ bonam corporis constitutionem ostendunt, sed multo ac longo interuallo à fœlicitate primorũ corporum degenerãt, quæ ego simpliciter

Salubria vt nunc.

appellabo salubria, Galenus verò salubria vt nunc. Qua appendice in hac doctrina multa obscurauit, nam sanitatem aliquam præcipitem significare apparet, ac potius dispositionẽ quàm habitum, quod in nostro proposito minimè verum. Nam & hæc corpora suam sanitatem constanter habent, quippe propriam, ac multo magis elegantem, quàm intemperata aut neutra, quorum singula propriam sanita-

ſanitatem obtinent, pauciſſima enim optimam corporis conſtitutionem ſortita. Quod ſi ſalubre vt nunc (quemadmodum apparet) referat ad ea quæ ſunt ſalubria ex naturæ ortu, iam maior adhuc exorietur difficultas. Neque enim ſecundum hanc interpretationem vſquam locum inuenies corporibus quæ ex natura bonam conſtitutionem, atque illam tantùm habent. Oportet autem vbique per corporis indolem, conſtitutionem, aut condicionem, intelligere & corporis temperiem, & eiuſdem fabricam aut compoſitionē. Sed nec hæc quidem quæ eam bonam obtinent, ſtatim ſalubria ſunt, poteſt enim ſalubritatem dirimere ſolutio continui. Quare in his omnibus definitionibus partium integritatem ſubaudire oportet. Atque tot ſunt ſalubrium differentiæ. Quibus in oppoſito reſpondent tres inſalubrium (in ſanitatis tamen latitudine) differentiæ. Prima eſt eorum quæ infœliciſſimam condicionem ſunt ſortita, hoc eſt, intemperiem aut fabricam, eamque citra morbum ſatis magnum. Hæc magna ex parte multis morbis ſunt obnoxia, & vocat ea Galenus inſalubria ſimpliciter ſemper, nec adeò multa huiuſmodi ſunt. Sunt alia iis proxima, quæ aut eximiam aliquam partium intemperiem ſunt ſortita, aut in compoſitis infœlicem inſigniter compoſitionem, non tamen peſſimam. Hæc Galenus vocat inſalubria vt multum, & talia plerumque in noſtro ſeptentrione, ac meridie reperies. Sed neque in temperata regione, omnia temperata, pleraque rurſum intemperata, ſed infra aliorum hominum vitia. Atque hæc ego ſimpliciter appellabo inſalu-

Leuior occupatio.

Quid per corporis conſtitutionem intelligendū.

Omnibus prædictis definitionibus ſubaudienda partium integritas.

Tres ſimiliter inſalubrium differentiæ.

Inſalubria ſimpliciter ſemper.

Inſalubria vt multum.

Insalubria vt nunc Galen. appellat.

bria, absque aliqua appendice. Sunt autem talia, quæ citra noxam suarum operationum, neque pessimam, neque pessimæ proximam, sed malam tantùm nacta sunt in primis particulis temperaturam, aut in compositis malam fabricam. Parum quidem refert, etiamsi hîc partium vnionem aut integritatem omiserimus, quia partium cõtinuitas, multo minorem ipsa temperie habet latitudinem. Videtis quàm hæc doctrina hactenus nihil contineat perplexitatis, aut obscuritatis, sed eleganter omnia corpora salubria comprehendat, ac in tres differentias diuidat. Vnum hîc oportet adiicere, vt

Sub habitibus etiam continendæ ipsæ dispositiones.

sub habitibus contineamus etiam ipsas dispositiones, quæ nequaquam propriæ sunt, sed accidentales. Sic & insalubria in totidem differentias illis oppositas partiti sumus: quod minimè aliquis mirari debet, cùm & omnis alia ferè qualitas in tres gradus aut ordines distinguatur. Ac ne his quidem omnes sanorum differentiæ continentur. Nam quædam corpora sunt, quæ ambiguam constitutionem habent, aut in temperatura, aut fabrica, ita vt neque salubria, neque insalubria, bonæ aut malæ constitutionis iuxta sensum (penes quem horum omnium est arbitrium) dici mereantur.

Corpora neutra.

Atque hæc sunt quæ neutra appellamus, & exquisitè in medio corporum sanorum, salubrium ac insalubrium statuimus: vtpote quod vtrinque æquales circumstent differentiæ, tres scilicet salubrium ac totidem insalubrium. Sed neque

Neutra corpora etiam admodum diuersa.

horum corporũ omnino indiuisibilis est conditio, sed multa latitudo, ita vt quædam plus, quædam minùs neutra appareant. Et quæ quidem exquisitè

neutra

neutra existunt, integram ferè sanitatem semper seruant : magis illa quæ versus salubre inclinant. Verùm quæ ad insalubre vergunt, minùs firmam, minùs alacrem totam vitam obtinent. Adiicit Galenus & alias quasdam differentias, quibus nescio quid facies. Satis est, vnam neutrorũ differentiam, atque illam in sua latitudine accipere : & demum his omnibus corpus ægrotũ adiicere. Ita vt omnes corporum differentiæ sint octo, tres scilicet salubrium, tres insalubrium, ac vna neutrorũ. Quibus omnibus hactenus sanitas communis est. Octaua ægrotantium, quorum quidem multò plures, quàm sanorum sunt species, quas prosequemur postea.

NVNC opportunius est signa inquirere, quæ diuersorum corporum, diuersam naturam discriminant. Nam pro varietate corporum, & ipsa quoque varia, salubria videlicet, insalubria, & neutra. Salubria dicuntur, quæ salubritatem, aut etiamdum sanitatem: Insalubria, quæ insalubritatem: Neutra, quæ neutram dispositionem ostendunt. Iam non tantùm talia dicuntur, quæ præsentem, sed & quæ futuram, aut etiam prætetitam enunciant. Et quidem quæ præsentem, Græcis diagnostica, id est, indicatiua dicuntur : quæ præteritam, anamnestica, id est, rememoratiua; & quæ futurã, prognostica, id est, prænunciatiua : & tamen ali quando omnia nomen prænunciatiuorum obtinent. Sic pili crispi, nigri, multi, crassi in senectute, iuuentutem adustioni fuisse obnoxiam rememorant. Et vrina perfectè concocta, in adurentibus febribus, salutem præsagit. Indicatiua omnibus sunt manifesta. de quibus copiosiùs in sequentibus agetur.

Signa triplicia.
Salubria.
Insalubria.
Neutra.
Diagnostica.
Anamnestica.
Prognostica.

Signa neutra.

agetur. Ita & neutra dicuntur, quæ neutrum corpus significant, vel in primo, vel in secundo significato. Præterea neutra dicuntur signa, quæ neutrum significant, hoc est, quæ indifferentia sunt. Ita leuior cuti aspersa macula, in febribus, aut aliis morbis, sæpe neque bonum, neque malum significat. Sunt alia quæ vtrumque quodammodo arguunt, quemadmodum de sternutamentis dicimus, bene quidem significare, sed ex mala causa. Neque neutrius nomenclaturam aspernantur, quæ aliquando bonum pollicentur, aliquando malum minantur. Talia signa sunt causæ criticæ, vtpote vomitus, sudor, aliæque euacuationes quamplurimæ. Nam in acutis post concoctionem perfectam, salutem: alibi verò, vt in morbi principio, vel etiam augmento, aut perniciem, aut difficultatem, præostendunt. Atque hæc sunt quæ ad signorum distinctionem mihi apparent sufficere. Nam Galenus sua perplexa multitudine iuuenum mentes magis confundere ac obfuscare, quàm illustrare videtur.

Alia signa neutra.

Tertia.

Quarta.

Signa corpora salubria distinguétia

CONSEQVENS nunc est, signa quæ ipsa corpora salubria inuicem disterminant, adscribere. Nam vt facile est illorum tres numerare differentias, ac eorundem definitionem audire & retinere: sic nequaquam cuiusuis, sed solius artificis est, vnicuique corpori suam definitionem dare. Sunt autem huiusmodi signorum genera quatuor. Primum quidem substantiale, quod sumitur à rei substantia. Sic animal rationale significat, imò definit ipsum hominem. Nec secus ex ipsa quatuor elementorum proportione, proficiscitur partium similarium salubritas, quæ mihi nihil aliud

Eiusmodi signa quatuor. Primum.

quàm

quàm habitus quidam eſt, ex legitima elementorum commixtione, atque ea quæ ad humani corporis operationes maximè eſt idonea. Nam ſicuti anima, ita & corpus ſuam fœlicitatem, ac infœlicitatem obtinet. Atque hæc quidem media elementorum qualitas ad tertiam qualitatis ſpeciem pertinet; habitus verò, qui ex ea naſcitur, ad primam. Scio quidem dialecticos habitus habere acquiſitos, non tamen ſolos, nã & infuſas ſpiritibus ſcientias, habitus appellant. Sed nec ſanitas ſemper ingignitur, ſæpe ſtudio ac beneficio conquiritur.

Partes ſimilares.

Appellabo autem nunc partes ſimilares ſecundum ſenſum ſimplices, nec quicquã refert, ſi primarias dixeris. E contrario compoſitas, in quibus ſenſus euidenter diuerſas agnoſcit particulas. Talis muſculus, nam ex carne & neruis eſt, atque eo magis compoſitus digitus. Et horum quidem ſanitas ex iuſta procedit partium integralium proportione, aut, vno verbo, pulchritudine: ſic enim appello legitimam omnium partium proportionem. His adiicere debemus omnium partium tam ſimilarium quàm diſſimilarium vnionem. Non enim corpori quadrato, aut ſaluberrimo ſatis eſt iucundam obtinere temperiem, elegantem totius corporis fabricam, ſed præterea omnes partes pulchrè inuicem debet habere vnitas & coniunctas. Sed redeo ad ſalubritatem ſimilarium, quæ nequaquam ex vna aut altera qualitate conſtat, ſed ex caliditate, frigiditate, humiditate, ſiccitate. Quæ quidem qualitates maximè deprehendũtur tactu, quamuis Galenus alibi indicare videtur, humiditatem ſcilicet & ſiccitatem nequaquam per ſe appre-

Partes diſſimilares aut compoſitæ.

Pars quædã prædictis adiicienda.

Caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas maximè deprehenduntur tactu.

apprehendi, ſed intercedente mollitie ac duritie. Ita neque inſtrumentorum ſalubritas in vno conſiſtit, ſed figuræ commoditatem, quantitatis, numeri, iuſtitiam, ac præterea ſitus conſenſum requirit. Cognoſcuntur autem & hæc aliquo ſenſu, quatenus ad exteriora pertinent. Nam interiores partes latent, nec viſum ſubeunt, nec tactum admittunt. Quare vt harum cognoſcas temperaturam aut fabricam, ipſarum operationes examina, quæ quidem latentiũ partium temperaturas produnt, nam pro earum varietate variant. Exempli gratia, breuis ſomnus cerebri ſiccitatem; prolixus eiuſdem humiditatem arguit; profundus, id eſt, ex quo difficilè excitamur, frigiditatem. Et quidem qui temperato eſt cerebro, & hic & alibi mediocriter ſeſe habet. Ita & partium inſtrumentariarum integritas, ex inſtrumentorum operationum alacritate cognoſcitur. Voco autẽ operationes inſtrumentales, quæ nequaquam ſola partis temperatura perficiuntur, ſed præterea idonea inſtrumentorum fabrica, quales motus plerique, ſenſus, & operationes vitales. Sed & has operationes, ſola aliquando intemperies vitiare poteſt, proinde nequaquam licet ſermonem conuertere, & ex ipſarum defectu, inſtrumentorum defectum colligere. Hoc tamen verum eſt, vitium inſtrumenti, operationem plerunque vitiare. Ac poſſet quis his duobus ſignorum generibus contentus eſſe, tamen melius eſt tertium ab accidentibus deſumptum aſcribere, vel ob eam cauſam quòd operationes lubricæ ac extemporariæ exiſtant. Sed & ſubinde aliis quibuſdam rebus externis impediuntur; accidentia verò perma-

Salubritas inſtrumentalis partium exteriorum etiam aliquo capitur ſenſu. Interiorum verò ex operationibus.

Partium inſtrumentaliũ integritas ex operationũ alacritate ſimiliter cognoſcitur.

Quæ dicantur operationes inſtrumentales

Operationes inſtrumẽtales ſola aliquando intemperies reddere poteſt.

Tertium ſignũ ab accidentibus deſumptum.

permanent. Ita mollities ac durities, ſuper exterio-
rum humiditate ſignificant & ſiccitate, atque ſuper
ea ferè tantùm. Secunda accidentium differentia
viſui, ſicuti prima tactui, ſubiacet. Quippe color in
calidis ad ruborem, in frigidis ad candorem incli-
nat, argumento vir & mulier. Sic calidi ac ſicci
ferè ſubflaui: frigidi ac ſicci, ſubliuidi. Eaſdem
etiam differentias, viſus ex pilorum multitudine
craſſitudineque colligit: ſed hîc & tactus aliquid
poteſt. Tertia accidentium differentia guſtu perci-
pitur. Nam & is aliquam temperaturæ differen-
tiam prodit. Quippe cholerici ſubinde amari-
tudinem aliquam in ore ſentiunt: minùs calidi
quandam ſalſedinem: & qui egregiè temperati
ſunt, nullam omnino, ſed potius dulcedinem quan-
dam. Eidem ſtatim neſcio quid iucundum ſpi-
rant, ſicuti è contrario, quibus corpus inſigniter
calidum & humidum, aut calidum tantùm, &
putredini obnoxium, anhelitus ferè fœtet, adeò
vt ægrè colloquentem aut aſſidentem inueniant.
Frigidi verò nullũ omnino, aut odorem, aut fœto-
rem ſenſibilem reddunt. Atque tot ſunt accidentia
iuxta quę ſenſus corpus ſalubre aut inſalubre colli-
git. Accedit tamen & ipſe auditus. nam in corpore
vndique ſalubri omnia quietè obeuntur, ac abſque
murmure. At intemperati nunc in auribus ſibilos:
ſæpe in ventre ſtrepitus manifeſtos audiunt, quo-
rum tempeſtas aliquando tanta eſt, vt nec aſſiden-
tes ſubterfugiat. Hæc ergo omnia accidentia tem-
peraturas ac intemperaturas ſequuntur, & mani-
feſtè eaſdem arguunt; non tamen ſufficiunt. Nam
ſicuti idem corpus non ſemper eadem ſequitur

Prima accidentium differẽtia tactui innititur. Secũda viſui.

Tertia per guſtum accipitur.

Similiter per olfactũ nonnunquam.

Vltima auditui ſubiacet.

Nequaquam hæc accidentia ſufficiunt ad dignoſcẽdas temperaturas.

vmbra

vmbra; sic nec eundem morbum eadem sympto-
mata. Nam accessione rerum externarum, sæpe
etiam internarum, nunc maiora, nunc minora
efficiuntur: adde per se pleraque duntaxat super
exterioribus significare. Iam vt hæc inuenies in
constitutione partium similarium; ita frustra quæ-
res in discrimine partium instrumentalium. Nam
figura, situs, quantitas, numerus, nulla ex se acci-
dentia emittunt. Quare vt eorum quæ diximus
faciamus epilogum: corpus optimè constitutum,
quadratum, aut saluberrimum erit, quod tempe-
ratissimum, optimè fabricatum; quod integerri-
mum atq. omnibus operationibus fœliciſſimum,
& in omnibus accidentibus obtinet decorum ac
medium. Possumus quartum adiicere, quodque
ægritudini scilicet ad mortem vsque minimè ob-
noxium. Et quidem reliqua antea à nobis sunt
explicata. Verùm an corpus temperatissimum
omnes simpliciter operationes habeat absolutissi-
mas, à quibusdam multùm adhuc dubitatur. Nam
vt à cerebro incipiamus, qui eo sunt sicco, viuacio-
rem memoriam; qui verò humido, faciliorem
discendi promptitudinem; ac qui calido, rursus
maiorem solertiam obtinere apparet. Quippe &
vulgo dicitur, sicca magis retinere, humida verò
promptiùs recipere. In cuius confirmationem ce-
ram molem ac rursus duram afferunt: atque hanc
pertinaciùs impressas figuras retinere: illam prom-
ptiùs faciliusque recipere. Sed præstaret cerebrum,
aut spiritus animales, cum speculo aliquo illustri,
potius, quàm cera comparare aut conferre. Nam
hoc quo est luculentius, illustrius, eo exquisitius

Corporis saluberrimi ex præcedentibus descriptio.

Quartum signum ex resistendi aut suscipiendi promptitudine.

An corpus temperatissimum omnes simpliciter operationes habeat perfectissimas.

Iniusta comparatio.

Melior comparatio.

species

ſpecies rerũ ſuſcipit, reddit, & nihilo ſegnius quàm craſſum aut obſcurum retinet. Sic & cerebrum, aut ipſius ſpiritus, quo illuſtrior, eo faciliùs exactiuſque omnia recipit, poſteaque clariùs exhibet. Eſt autem ſpiritus, quemadmodum & ſanguis illuſtriſſimus in temperato. nam ſiccitas paullo craſſiorem, humiditas verò impuriorem reddit. De ventriculo aut ſtomacho nihil oportet dicere. Neque enim is melius apperit, qui copioſius; neque etiam elegantius concoquit, qui amplius, qui ſolidius: frequenter enim hic alimentum corrumpit. Verùm temperatus ventriculus vbique ſuum decorum retinet, & modum ſeruat. Non eſt minor controuerſia de eo, an corpus temperatum præ cæteris magis omnibus cauſis morboſis reſiſtat. Nam quamuis experientia oſtendat temperatum corpus eſſe viuaciſſimum, morbiſque minimè obnoxium: tamen contrarium colligere ratio apparet ex eo quod calidum frigido, & rurſus frigidum calido potentius reſiſtat, quàm temperatum. Profectò hic innumera oriuntur ſophiſmata, quæ vt faciliùs ſoluamus, ſupradictâ ſententiâ nihil aliud ſignificari dicimus, quàm corpus temperatum omnibus cauſis morbiferis mediocriter reſiſtere, quod nulli ex intemperatis contingit. Nam vt calidum pertinaciter reſiſtit frigido, ita facillimè patitur à calido: at temperatum pluſquam mediocriter reſiſtit vtrique.

Spiritus quemadmodum & ſanguis illuſtrior in temperato.

De ventriculo nulla controuerſia.

An corpus temperatum magis præ cæteris omnibus cauſis morboſis reſiſtat.

DEFINITO & cognito ſaluberrimo corpore, non eſt difficile, reliquas duas ſalubrium cognoſcere differentias. Nam & hæc ſalubria corpora perfectas operationes obtinent, nounihil tamen ab illa-

Cognito corpore ſaluberrimo nõ erit difficile reliquas duas ſalubrium differentias cognoſcere.

ab illarum perfectione degenerantes. Itaque & hæc corpora ſuam ſanitatem tutantur ſtrenuè, ſed in quibuſdam ætatibus minùs, prout temperiem ſuam remiſerint, aut in frigidius paulo, aut humidius, aut calidius, aut ſiccius euaſerint.

Signa inſalubrium corporum.

MVLTO interuallo ab his diſſident corpora inſalubria in primo, ſecundo, aut tertio ordine. Nam quædam ex iis valetudinaria plerunque exiſtunt, ac per omnem ætatem morbis ſunt expoſita, vt quæ ad omnem ſtrepitum aëris ſimilis labefactantur. Sed neque ſanitatis tempore perfectas habent operationes, ſed inelegantes ac imbecilles, & ab antè dictis diuerſiſſimas. Quippe corpori temperato ſomnus ſeptem horarum ſufficit, corpora frigida in multum diem ſtertunt, calida vix mediam noctem ferunt. Ita & corpora temperata tranquilliſſimè dormiunt, calida verò nonnulla varia & inquieta habent inſomnia. Nec opus erit quicquam de ventriculo dicere. nam ex iis qui intemperato ſunt, alij minimum, vtpote qui calido, quemadmodum qui frigido, plurimum appetunt.

Signa corporum neutrorum.

DIFFICILIORA ſunt diſcrimina, aut ſigna corporum neutrorum. Nam vt ipſe corporum conſtitutiones mediæ inter ſalubre ac inſalubre; ita accidẽtia & operationes, adeò vt ſenſus ambigat, an perfectæ, an imperfectæ exiſtant: reuera enim mediæ ſunt. Media autem hæc omnino intelligo, nequaquam inter ægritudinem & optimam corporis indolem, ſed inter ſaluberrimam & inſaluberrimam (citra tamen ægritudinem) corporis conſtitutionem. Nam qui ſequitur noſtras differentias, illinc tres ſalubrium, illinc tres inſalubrium

inuc-

inueniet. Fieri ergo non poterit vt corpus neutrum æquali interuallo distet ab ægro & saluberrimo. Sed & neutrorum natura magis cum sanis conuenit quàm ægris, quippe in eo omnia sana consentiunt, quòd operationes illæsas exhibeant. Sola ægrota corpora sensiles operationum noxas habent, quod est ipsorum ab aliis insigne discrimen.

Signa insalubrium corporũ magis specialia.

Ac tantum de differentiis corporum. supereſt nunc speciales singulorum perstringere notas, ac primùm insalubrium citra ægritudinem: facile enim ex his erit salubrium & neutrorum colligere proportionem. Non tamen de omnibus insalubribus dicemus, sed primùm de solis intemperatis, quòd horum sit maior difficultas, maiorq. varietas, quam non ex facie, & externa corporis phantasia, sicuti figuram, magnitudinem, numerum, licet metiri, sed ex partibus internis præsertim principalibus eam oportet colligere. Sunt autem corporis partes simplices in duplici differentia. Aut enim publicæ sunt, aut priuatæ. Priuatas voco, quæ nullius curam gerunt, sed tantùm suarum rerum satagunt, vtpote naturales tantùm. Ac talis simplex ac glandulosa caro, adeps, membrana, ligamentum, cartilago, os. Nam, dicente Galeno, quemadmodum magnes per se attrahit ferrum & retinet: ita hæ particulæ per se suo fruuntur alimento, neque alterius viribus indigent. Alterum genus partium publicum est, idque rursus duplex. Nam alterum simpliciter primatum obtinent, alterum primatibus seruit, ac publicum ministerium exhibet. Primarias autem dico, quæ virtutem toti corpori aut certè conseruationi speciei neces-

Corporis partes duplices.

Priuatæ.

Publicæ.

Hæ rursus duplices.

Primariæ.

Cor. Cerebrum.

fariam generant. Sic cor ex se vitalem virtutem fundit, sine qua vita consistere nequit. Cerebrum animalem, qui singulas corporis partes animat, sensum ac motum largitur. De hepate maior est

De iecore maior controuersia.

controuersia, & tamen vel ipsum quoque licet obscurè naturalem facultatem singulis partibus infundit, quæ vt fortassis ad naturales minimè concurrit: ita ad seruandam naturalem partium virtutem tandem est necessaria. Iam neque ex istis

Alia rursus de hepate dissensio.

partibus solæ facultates promanant, fortè etiam spiritus, ac ex corde vitalis, cerebro animalis. De hepate iterum magna est dissensio. nam quidam spiritum naturalem auferunt, nonnulli mordicus

Tertia.

retinent. Profectò problema est, ac verius quàm hoc, an ipsum hepar sit omnium viscerũ primum, nam hoc tandem Galenus comperit per experientiam: ac aliter vtraque opinio seruari potuisset, tam eorum qui cor, quàm eorum qui hepar primum statuunt. Adeò multa ratio ignorat, quæ ex-

Galenus annumerat testes.

perientia inuenit. Galenus prædictis tribus adiicit testes. nam quamuis simpliciter citra hos singulorum vita consistere possit, ad perennitatem tamen speciei sunt necessarij. Generant autem & ipsi spiritum, qui in se recipit facultatem procreatricem, & per vasa seminaria in generationem effunditur. Atque id vnum genus partium publicum

Secundum genus partium publicum ministerium obtinentium.

ministerium obtinentium. Talis præterea nerui & spinalis medulla; nam hæc spiritum animalem à cerebro excipiunt, & in vniuersum corpus deferunt. Nihilo segnius arteriæ ministrant cordi. Cùm enim spiritum suum vitalem per solida corpora non possit transfundere, per arterias deriuat, sicuti

& hepar

& hepar naturalem per venas. Itaque rectè vulgò dicitur, hæc ab illis oriri, hoc est, incipere & originem ducere. Putant id dici ex eo alij, quòd hinc ſuum præparatum alimentum accipiant, quod quidem eſt falſiſſimum, ſed altera harum duarum duntaxat ratione ab iis oriri dicuntur, vel quòd ſua principia, vel ſuam virtutem illinc trahant. Quatuor igitur ſunt deriuationes, quatuor item principia tantum. Nam quamuis citra ventriculum, pulmones, renes, aut veſicam, animal ſubſiſtere nequit (quippe vſum neceſſarium vniuerſo corpori præbent;) longè tamen diuerſam à principiis aut etiam deriuationibus rationem obtinent. Nam neque virtutem aliquam generant, neque etiam aliunde genitam diſpenſant. Duntaxat (de veſica, felle, tenibus, ac inteſtinis loquor) illorum quaſi ſentinæ & expurgamenta exiſtunt. Atque hæc ſunt, quæ quartam differentiam faciũt. Poteris ſi libeat adiicere & quintam: earum ſcilicet quæ partim per ſe ſufficiunt, partim aliquid ex aliis recipiunt, & præterea aliquid ex aliis viciſſim promunt. Et tales quidem partes rurſus ſunt ipſa principalia viſcera, ſi compoſita intelligas. Nam & mutuam quodammodo operam inuicem præbẽt: quippe hepar cordi, cor hepati, vtrumque autem cerebro, & è conuerſo cerebrum vtriſque officium reponit. Sed rectè tamen Galenus hanc differentiam omiſit, vtpote qui duntaxat eam partium differentiam collegit, ex qua totius corporis temperamentum licet captare, cuius reſpectu ſuperuacaneum fuiſſet idem bis repetere. Non tamen quarta ſuperflua erat differentia, nam vt principa-

Quatuor principia quemadmodum & deriuationes.

Quarta partium differentia.

Poterit & quinta annumerari.

les partes non sunt, ita magnam in corpore differentiam faciunt. Atque hæc de animalis partibus, quibus per accidens & rerum affinitatem ipsos capillos ac vngues asscripsit Galenus. Nam tametsi ista extra corpus sint, ac omnino inanima, atque appendices tantùm; tamen ipsa, præsertim pili, nequaquam postremum locum inter ea quæ reliquorum etiam principalium viscerum temperaturam produnt, obtinent.

Cerebri indicia duo.

IGITVR vt à cerebro viscere supremo incipiamus, duo summatim sunt, quæ ipsius naturam ac temperiem ostendunt, ac discriminant: accidentia scilicet, quæ sumuntur ex dispositione capitis: & operationes quæ nusquam magis variant. Nam inuenies hîc naturales, intellectiuas (ita appello primarias) sensiuas ac motiuas. Sic nunc per capitis dispositionem, nequaquam intelligo sola illa accidentia propriè dicta, ac quæ necessariò sequuntur, vtpote totius facici colorem, pilorum condicionem: verumetiam totius capitis externam phantasiam, figuram dico ac magnitudinem. Signum substantiale quod alibi erat primum, hîc ex professo omittimus, quia tactu, quem interiora viscera nesciunt, desumitur. Quare eius loco aliud hîc adiicere poterimus, quod scilicet ab externis iniuriis aut fortunis capitur. Nam & antea dictum est, corpus temperatum has facilè contemnere, intemperatum verò plerisque cedere: & calidum quidem calidis, frigidum autem frigidis. Igitur, vt à principio sermonem aggrediamur, paruum caput semper infortunatũ & breue cerebrum ostendit. Neque enim poterit sub paruo capite liberale

Accidentia.

Operationes.

Signa substantialia hîc nullũ locum obtinent. Illorum loco aliud substituendum.

Paruum caput semper prauum signum.

cerebrum

cerebrum contineri. Non est tamen id semper intemperatum: quod quidem facilè cognosces ex figura. Nam bona plerumque bonam temperiem, quemadmodum mala contrariam sequitur: rarò enim virtus formatiua intemperatam materiam bene effingit, quemadmodum temperatam plerunque bene digerit. Et tamen aliquando virtus tam impotens, vt materiam quantumuis probam nequeat rectè cõformare: quemadmodum rursus aliquando materia tam rebellis, vt virtutem licet fortem, contemnat. Ergo ampliùs consulendæ operationes. Potest enim nonnunquam ob materiæ paucitatem operatio esse manca, sed citra bonam temperiem non potest esse elegans ac perfecta. Itaque paruum caput semper aliquid mali in cerebro conqueritur, non tamen semper magnum caput cerebrum liberale asserit. Potest enim aliquando ignaua & exterior materia, quæ circunfunditur, esse copiosa; interior autem, à qua totius capitis fœlicitas pendet, breuis & modica. Distingues hoc facilè. nam rarò bona capitis figura, aut exterioris alicuius partis appâret, nisi pulchrè se habeat viscus quod subiacet: nam ab interno robore tota exteriorum proficiscitur pulchritudo. Potest tamen & hîc fortè fortuna aliquando aliter contingere. Proinde fidelius signum accipies ex cerebri facultatibus, hoc est, sensu, motu, & intellectu. Fieri enim non potest, vt hæc eleganter obeãntur, & cerebrum sit malè fortunatum. Neque hîc multum describenda capitis figura est: nam multitudo ac operationum varietas in homine multum cerebri & exinde magnum caput expostulabat:

Non tamen semper malè temperatũ.

Fidelius signum est ex cerebri operationibus.

Figura capitis quare rotunda.

bat: quod ne molestum esset futurum, sphæricam figuram natura excogitauit, quæ breuissimo spatio quamplurimum cerebri contineret; est enim omnium aliarum capacissima. Interim tamen ne quid hîc supereſſet, aut deesset, circunferentiam ab vtroque latere abscidit, & quodammodo hanc luxuriam in anteriorem ac posteriorem partem expressit, ita vt vtraque hæc pars extuberaret. Quod neque temerè sed magna cum vtilitate factum est. Expedichat enim anteriorem ac posteriorem capitis partem liberaliorem extuberare ipsa media, quòd medius ventriculus paruus, postremus autem magnus esse debebat. Iam in priore non vnus residet sensus, sed plures, qui liberaliorem sedem requirebant; secus enim periculum erat ne in hac parte ventriculi opprimerentur, ac perpetuo quodam sopore animans detineretur. Figuram ergo capitis & eius oportunitatem iam satis explicauimus. Et quidem bona, semper bonam cerebri arguit temperaturam, aut saltem virtutis formatricis integritatem. Non tamen idonea figura alicuius partis capitis, aut prioris, aut etiam posterioris seorsum, perpetuò bonum indicat; nam fortuna promptiùs dirigit partem quàm totum. Sic neque paruitas sincipitis, aut occipitis seorsum, subiectum statim cerebrum infamat: nam duo ventriculi principalissimi in cerebro, postremus ac medius. Iam vnius liberalitas, alterius breuitatem redimere potest. Facilis etiam & paruipẽdenda est iactura exterioris saburræ, modò quæ substernitur cerebri substantia eius locum impleat, ipsaque exturgeat, si non in hoc loco, saltem in proximo. Non

Quare in vtroque latere caput depressum.

Bona figura bonam demonstrat temperaturã. Non semper bona figura alicuius partis capitis semper bonum indicat.

tamen

men vbi totum caput exiguum est, totius capitis poterit fieri liberalis compensatio. Quæ quidem causa est quare paruum caput semper sit signum malum, occiput autem vel sinciput non semper. In reliquis omnibus magnitudo & paruitas eorum cum toto capite similiter æstimanda sunt, nisi quòd in toto capite expendendo omnes operationes animales oporteat consulere: in sincipite verò magis sensum, visum, gustum, olfactum; in occipite autem motum. Impossibile enim est, hæc bene constare, & cerebrum vnde proficiscuntur malè se habere. Atqui sæpe è contrario euenit, sensum videlicet vnum, aut plures, ac ipsum motum aberrare, ipsum autem cerebrum pulchrè se habere. Nam præter ipsius principij, hoc est, cerebri debitam temperiem, hæc etiam desiderant proprij instrumenti concinnitatem. Ità sæpe contingit quosdam cæcos, mutos, aut etiam surdos esse, ob priuatum vitium, nihil desiderante ipso cerebro. Atque in hoc omnes operationes sensitiuæ, motiuæ (nihil interim refert an voluntarias præterea & actiuas dixeris) à primariis differunt. Non enim hæ secunda aliqua instrumenta obtinent, sed ex ipso continenter proficiscuntur cerebro. Voco autem operationes primarias, quæ reuera primæ ac nobilissimæ existunt. Ac tales quidem tres sunt, phantasia, intellectus, & memoria. Nam sensus communis generalis tantummodò quædam cerebri potentia existit, quemadmodum nec aliqua eius priuata sunt munera. Neque enim vigilia particularem aliquam operationem prædicat, sed sensus & motus in genere energiam. Multò minùs

Paruum caput semper signum malum, occiput autem vel sinciput non semper.

Operationes sensitiuæ aut motiuæ sæpe depranatæ nihil interim patiente cerebro.

Operationes primariæ quæ dicantur & quot sint. Intellectus, phantasia & memoria.

Nequaquam prædictis annumerandus sensus communis.

Multominùs reminiscentia, aut etiam virtus æstimatiua.

Tres prædictæ operationes primariæ specie distinctæ.

Sæpe phantasia vitiatur constante intellectu & memoria.

Aliquando intellectus aberrat bene sese habente phantasia ac memoria.

Nonnunquã phantasia & intellectu sano, læsa est memoria.

Sicuti & è contrario aliquando reseruatur memoria, læso intellectu & phantasia.

Rursus nonnunquam salua remanente phantasia, intellectus læditur & memoria.

Nunquam tamen intellectus constant, memoria obliterata ac phantasia labefactata.

Tribus primáriis potentiis nequam distinguédi diuersi ventriculi.

reminiscentiam annumerabimus, nam memoriæ duntaxat actus quidam est. Sed neque æstimatiua virtus aliqua priuata, sed ipsius intellectus quædam pars est. Quòd ergo tres duntaxat sint huiusmodi primariæ potentiæ (vulgus sensus interiores nominat) certum est: & quòd specie sint distinctæ, ipsa demonstrat experientia, cùm omnes vnà non pereant aut violentur, sed sæpe vna offensa, nunc hæc nunc alia remanet integra. Sic phantasia sæpe aberrat in febricitantibus, constante intellectu & memoria, tantùm de rebus præsentibus malè sentiũt. Aliquando etiam intellectus hallucinatur, aut deficit, rectè sese habẽte phantasia ac memoria, vt in quibusdã stultis accidit. Nonnunquã iis duabus facultatibus bene constantibus, sola extrita est memoria, aut oblæsa, quemadmodum in iis qui à grauissimis resurgunt morbis, quorum nonnulli etiam familiarium suorum obliti sunt, sed id rarius. Memini me duos vidisse, qui omnium penè literarum obliti erant. Sed & è contrario aliquando reseruatur memoria, offenso intellectu & phantasia, quale quid reperies in melancholicis. Quemadmodum rursus phantasia nonnunquam remanet salua, læso intellectu & memoria, quemadmodum in veris stultis contingit, qui quasdam pertinaciter res retinent, interim grauiorem rerum memoriam statim amittunt. Non tamen inuenies viuentem intellectum & memoriam penitus obliteratam, ac phantasiam labefactatam; cùm intellectus vtatur phantasia ac memoria, quippe neque concoctio constare potest, nisi sufficiat retentio. Tres igitur sunt, nec plures distinctæ principes potentiæ, quibus tamen

nunquam

nunquam poterimus distinguere varios ventriculos. Nam quemadmodum antea diximus, altero ventriculo læso, postremo scilicet vel medio, omnes intereunt:& rursum prioribus duobus vitiatis, sæpe omnes consistunt, & alacritatem suam retinent. Satius igitur erit illarum potentiarum distinguere officia; cognosces autem ea ex earunmem vitiis. Dicitur autem vitiata phantasia aut imaginatio, quando quis aliter sentit de rebus præsentibus, quàm sese obiiciunt. Ita in multa quiete, quidam putant se audire tubicines, alij quosdam putant se videre obuios, quorum tamen nihil est. Et potest quidem hoc fieri ob oculorum vitium, verùm quæ clausis oculis oriuntur phantasmata, ad interiorem phantasiam pertinent. Siquidem hoc ergo est phantasiæ vitium, necessariò sequitur veram imaginationem circa res veras, aut quæ nobis occurrunt, aut aliquando occurrerunt, consistere. Nam vt memoria seruit intellectui, hoc est, retinet quæ per intellectum didicimus; ita phantasia ea quæ sensu accepimus. Phantasiæ igitur & memoriæ munus dictum iam est. Liberalissimum est officium ipsius intellectus. ipse enim est, qui multa ab aliis discit, de his quæ audiuit, vidit, iudicat & æstimat: multa etiam per se subtiliter explorat. Nunc si velitis cognoscere qua qualitate vnaquæque facultas valeat ac oblectetur, considerate rursus quâ qualitate vnaquæq. iterum violetur. Et certum quidẽ est, memoriam maximè obliterare exuberãtem humiditatem, intellectum frigiditatem. Quare etiam sequitur memoriam præ reliquis intemperaturis gaudere sicco, intelle-

Primarij potentiarum officia cognoscenda, ex earum vitiis.

Phantasia vitiata.

Apparent nõnunquam phantasmata ob oculorũ vitium, sed illa à prioribus facilè distinguuntur.

Vera phantasia.

Memoria.

Intellectus

Quibus qualitatibus primariæ potẽtiæ maximè inuitantur.

Memoria maxime gaudet siccitate:

Intellectus caliditate.

Phantasia raro vitiatur intemperie aliqua.

&um calido. Phantasia quidem rarò vitiatur intemperie aliqua, frequentiùs fumo aliquo, vel in cerebro genito, vel aliunde sublato. Inter reliquas tamen qualitates, minimè videtur ferre humiditatem. Ferè enim ea torpidos facit ac stupidos. Sic è contrario maximè videtur vigere siccitate. Est enim ea temperatura maximè sine omni vapore. Huic astipulatur quòd phantasiam quandam proportionem cum memoria habere diximus: & amplius, quòd melancholici, vtpote insigniter sicci (licet minùs ingenioſi) phantasia plurimùm valeant, & plerunque eas artes inuenerint, quæ pertinaciorem phantasiam potiùs, quàm subtiliorem intellectum expostulant. Non enim melancholici cæteris sapientiores aut ingenioſiores, sed ferè prudentiores ac maiores cunctatores. Dixi autem priùs præ reliquis intemperaturis. Non enim intemperata temperatis, sed intemperatis conferimus, quippe temperati in his omnibus sese habent pulcherrimè, quia anima, imò intellectus noster quodammodo incorporeus. Quocirca spiritum eius internuncium oportet esse clarissimum ac illi quàm simillimum. Quippe vt speculum, quò est mundius & illustrius, eo faciliùs recipit ac elegantiùs omnium rerũ exhibet imagines: ita & spiritus noster quo tenuior, eò omnes operationes (memoriam puto, phantasiam ac intellectum) redduntur elegantiores. Iam & sanguis & spiritus tenuior ac splendidior in corpore magis temperato quàm intemperato. Nã caliditas multa obscurat, cogitque adurẽdo: humiditas verò externa, spiritũ offuscat: quemadmodum rursus frigiditas condensat. Scio sangui-

Maximè tamen læditur humiditate.

Melancholici maximè valent phantasia.

Intellectus incorporeus.

Sanguis vt spiritus subtilior in temperato.

Sanguis bilioſus temperato tenuior.

ſanguinem bilioſum tenuiorem temperato; verùm & eodem paulo obſcurior. Iam neq. ſimpliciter & per ſe ſanguis ſubtilior, ſed ratione bilis affuſæ: nam ipſe ſanguis ex nimio calore ſæpe craſſior. Nunc igitur quàm priùs certiùs conſtat omnes operationes multò elegantiores eſſe in cerebro temperato quàm intemperato. Verùm in intemperatis, aliæ alias ſuperant, in vno phantaſia plurimùm valet, ſed memoria parum viget. Alibi iterum emicat memoria, ſed infirma eſt imaginatio. Iam eſt vbi hæc duo conſtant, ſed intellectus vacillat. Eodem modo neque intellectus partes omnes in vno ſemper vigent, ſed in aliis vincit ſolers ſubtilitas, in aliis diſcendi facultas, & forſitan in tertio iudicij dexteritas. Quæ vt clariùs intelligantur, ſingulas ſeorsũ intellectus partes præſtat diſtinguere. Non enim ſimplex eſt ipſius energia, ſicuti memoriæ ac phantaſię, ſed quædã aliquando per ſe ſubtiliter contemplatur atque inuenit, quædam ab aliis diſcit; ſubinde etiam de rebus diuerſis, ac contrarijs iudicat. Atque iis omnibus, vt dixi, fœliciſſimus eſt temperatus. Nam multùm valet ſolertia, inuentione aut ingenio, diſcendi facultate, plurimum quoque iudicio aut opinionis dexteritate ac conſilio. At ex intemperatis ferè ſinguli hîc ſuam obtinent virtutem ac vitium, & ſicci quidem valent memoria, phantaſia, & multa ſolerter machinantur, moliuntur ac inueniunt quæ artes illiberales (mechanicas vocant) concernũt. Sed ad meliores parum idonei, quas nequaquam aſſequuntur, aut non niſi multo labore, ac longo temporis ſpatio. E contrario humidi ipſa phantaſia, aut memoria parum

In iis qui intemperato ſunt cerebro, aliæ operationes alias ſuperant.

Intellectus diuerſæ partes in diuerſis vigent.

Temperatus fœliciſſimus.

Sicci maximè vigent memoria & phantaſia.

Humidi diſcendi facultate.

rum constant, sed mediocria promptè accipiunt: argumento senes & pueri. Nam pueri facilè, senes ægrè multa discunt. Et ne id putes frigiditatis potiùs quàm siccitatis fieri vitio, considera viros & & iuuenes. Nam & hi circumcisis reliquis accidentibus, paulo difficiliùs noui quid addiscunt ipsis pueris aut puberibus. Sed humidi rursus in hoc infœlices, quòd parum retineant. Iterum calidi egregiè ingeniosi, sed ingenio ac opinione valde inconstantes, maximè si non calidi solùm, verumetiam humidi fuerint. Frigidi è contrario opinionem suam pertinaciter reseruant, sed parum solerter rem explorant, &, vt paucis dicam, neque ingenio valent aut iudicio, sed homines duræ ceruicis sunt, maximè qui coniunctam siccitatem habent. Nam contrà & ipsa humiditas nonnullam inconstantiam affert. Arguimento sunt mulieres, de quibus vulgo dicitur, primum earum consilium optimum, secundum temerarium, tertium pessimum; & fortè ob id, quòd plus valeant iudicio, quàm ingenio. Nam & aquam turbidam quo magis moues, eò magis obscuras: ita & hæ quò magis secum cogitant, eò spiritus suos magis turbant. Et quidem hactenus de signis ab operationibus principalibus sumptis, quæ nequaquam minimam, sed maximam sibi partem vendicant in cerebri indole discernenda. Nam accidentia, figura, sensus, & motus aliquando à natura declinare possunt, sed harum operationum semper in cerebro relucent quædam semina. Exempli gratia, qui ex natura potentes ac robustos neruos obtinet, sæpe molliore vita effœminatur; & è contrario

Calidi ingeniosi, sed valde inconstantes.

Frigidi parùm ingeniosi sed constantes.

Mulierum consilium primum optimum, secundum temerarium, tertium pessimum.

Operationes primariæ maximè conferunt ad discernédam cerebri temperiem.

Accidentia, figura, sensus, aut motus aliquándo variant.

trario qui ex natura parum lacertosus est, meliore consuetudine formatur: ita sensus crapulâ obtunduntur, meliore autem victu illustrantur. Verùm ingenij semina rarissimè indolem mutabunt. Nam sæpe in morbis (ne longiùs discedamus) vniuersi corporis, fortè febribus, aut priuatis vitiis ipsius capitis, sensus & motus labefactantur, solus intellectus, memoria, phantasia suam vim retinent. Et mihi quidem horũ omnium causa apparet, quòd istæ operationes omnes maximè sint incorporeæ, & nunc quodammodo in ipsa anima firmatæ, quæ & ipsa incorporea est. Iam incorporeum ægrè à corpore patitur. Sed de his videor mihi iam dixisse satis.

Operationes primariæ nõ tam facilè mutantur.

Operationes primariæ incorporeæ.

CONSEQVENS est vt eadem sumamus signa ab ipsis naturalibus in cerebro operationibus, quæ hîc magis relucent, quàm alibi. Nulla enim pars magis obnoxia excrementis, vtpote frigida & humida. Facilè autem excrementa ipsarum partium produnt temperiem ac naturam. Nam vbicunque concoctio & nutricatio parum valet, ibi excrementum semper plurimum abundat. Sicuti à contrario paucum semper existit, vbi diligenter fit concoctio. Ita quidam naturaliter cerebrum calidum ac siccum obtinent, adeò vt præter naturam ipsius cerebri nullum penè locum excrementis relinquant. Alij è contrario adeò frigido sunt cerebro & humido, vt nares perpetuò sordeant, ac inter loquendum continuè pituissent ac screent. Atque ipsa quidem hîc experientia euidens, ratio autem ipsa interim parum prompta. Nàm concoctio & attractio eiusdem caloris opus videntur.

Signa temperaturæ cerebri ab operationibus naturalibus.

Cerebrum maximè sentit excrementis.

Occupatio aliqua.

Quo-

Quocirca vt in frigidis concoctio: ita & ipsa videtur langueſcere attractio. Nunc tam parum excrementi relinquit in corpore frigido alimentum modicum, quàm in calido multum. Adeò sæpe rerum rationes occultæ ac contrariæ, quæ nisi à solerti viro cognoscuntur. Ita hîc euenit; nam ferè calor magis ad attrahendum, quàm concoquendum sufficit. Imò attractio quadam partium naturali auiditate obitur; concoctio autem solo calore. Quæ quidem causa existit, quòd plus sæpe attrahatur, quàm concoquatur. At qui sunt cerebro temperato, in his modum seruant, nec possunt excrementa esse moderata & operationes immoderatæ. Idem discriminabunt casus ac fortunæ externæ. Sunt enim nonnulli adeò frigido cerebro, vt ad omnem aquilonis strepitum lippiant, grauedine laborent aut raucedine, aut alia distillatione. Quemadmodum sunt alij his contrarij, qui omnem aquilonem, niuem, etiam longissimo tempore contemnant. Sed rursus ægrè æstatem, aut aliam tempestatem calidam & siccam ferunt. Sicuti rursus humidi insigniter, sub omni austro obsurdescunt ac visu obtunduntur, capite grauantur. Pluribus enim rationibus vel aër humidus corpori nostro molestus est, nam non vt siccus hoc exonerat. Præterea humiditates quas natura expellere solet, retinet. His adde, quòd & ipse dum in corpus rapitur, nonnihil meatus distendat ac grauet, dum in ipsis hæret. E contrario sicci austrum quidem facilè contemnunt, sed sub multa siccitate parum fœliciter dormiunt. Atque id rariùs, nam sensus ægrè à sicco offenditur. Solus temperatus omnibus his

Qui temperato sunt cerebro per omnia mediocriter sese habent. Signa ab externis fortunis.

Qui frigido sunt cerebro ægrè ferunt aquilonem. Qui calido optimè eundem ferunt. Qui humido maximè lædũtur austro.

Qui sicco facilè austrum contemnũt.

his mediocriter resistit, rarò ægrotat, vix vllum anni tempus, aut vllam ætatem reformidat. Iam videtis nullam temperaturam quæ iudicium nostrum possit subterfugere, modò eas hoc quo diximus modo metiamur.

Signa ex pilorum conditione desumpta, cum iis quæ ab excrementis sumuntur eandem rationem fere obtinent.

QVOD si tamē hæc tibi minimè sufficiant, pilos præsertim in capite consule. Nam hi quod restat, supplebunt. etenim aut cum excrementis eandem rationem obtinent, aut eisdem assident, saltem ab iisipsis originem trahunt, non quidem omnibus, sed quibusdam tantùm. Relinquitur enim in extremis partibus diuersum excrementum, tenue, aquosum, crassum, & ignauum, quod quidem ad pilorum generationem minimè est idoneum, duntaxat fuliginosum, quod quidem nequaquam in ipsa gignitur semper parte, sæpe ex ipso ascendit hepate, atque adeò vniuerso corpore, adeò vt nulla pars eius fumi sit expers. Non tamen propterea quæuis pilis vestitur, sed duntaxat quædam siccio-res particulæ. Nam neque gramina (quibus pilos rectè comparabis) omne solum amant, duntaxat mediocriter siccum. Videmus enim quomodo in hyeme omnia semina suffocantur, & in extrema æstate contabescunt. Sed ineunte æstate omnia affatim erumpunt, germinat. Ecquid ergo mirum caput & citius & magis tegi pilis, quauis alia parte, cùm præcociorem & maiorem præ multis aliis siccitatem obtineat, quæ nunquam aut non nisi tandem pilos extrudunt suos? Sed vnū hîc cauere oportet, ne in pilis vllam propriè generationem audias. Non enim generatio ipsorum est sicuti graminum, nam hæc verè generantur, & augen-

Fuliginosum duntaxat excrementum ad pilorum generationē confert.

Quare non omnes partes corporis pilis tegantur.

Quare caput & citius & præ cæteris magis partibus pilis tegatur.

Pilorum eruptio nequaquam generatio dicenda.

tur: pili verò inanimes, & succedentibus sibi inuicem fuliginibus multis in poris coalescunt, & sic demum magis magisque erumpunt, adeò vt quod fuerit aliquando primum ac initium, tandem euadat extremum. Quocirca etiam ferè eandem figuram retinent foris, qualem antea obtinebant in poris. Quippe pori aliquando recti, aliquando obliqui; talesque vel ex natura, vel exhalationis imbecillitate, quæ rectâ ferri nequit. Discrimen ex colore capies: nam crispi ob exhalationis imbecillitatem semper dilutiorem colorem obtinent: at qui ob pori obliquitatem tales sunt, omnem colorem obtinere possunt, ex aliis distinguendum. Sic in mulieribus coma crispa ac diluta, in viris autem subinde nigra & crispa. Atque hæc de pilorum figura. Quantitas autem illorum variat pro fuliginis diuersitate. Nam calidi & sicci multam præmaturè edunt fuliginem, quare & præcociùs & liberaliùs hirti sunt. Plus habent excrementi ex adustione melancholici; verùm est alia in quantitate differentia. Hi enim insigniter crassos & duros: illi verò tenuiores magisque subtiles edunt. Auderem quoque dicere, frigidos & humidos crassiores pilos obtinere calidis & siccis: qua in re rationem præstat, quàm sensum consulere, quòd multorum pilos per multum otium tangere non vacat. Sed & alibi sæpius ratio quàm sensus melius rem iudicat, quòd sensus paruas differentias ignoret. Saltem in proposito, vel sola rationis cõtemplatione inuenies pituitosos biliosis crassiores pilos obtinere. Habent enim sanguinem hi tenuiorem: illi autem crassiorem, tamen humidiorem.

Pili eandem retinent formam foris quale antea obtinebant in poris.

Pori aliquando recti, aliquando obliqui, aut ex natura, aut exhalationis imbecillitate.

Discrimen ex colore.

Quare in mulieribus coma crispa ac diluta: in viris autem subinde nigra & crispa.

Pilorum quantitas.

Calidi & sicci præcociùs ac magis hirsuti.

Melãcholici ex adustione plus habent excrementi.

Frigidi quoque & humidi crassiores pilos habent calidis & siccis.

Ratio frequenter melius iudicat ipso sensu.

diorem. Quocirca quemadmodum pili in eis sunt crassiores, ita rursus molliores ac simpliciores: fortassis tamen rariores & sparsiores. Est & alia differentia, quippe calidi ac sicci magis obnoxij caluitiei: alij autem, vtpote pituitosi, magis canitiei. Nam qualis sanguis, tale in perpetuum est excrementum: & rursus talis pilus quale excrementum. Est autem vel ipsa fuligo in his præcociter pituitosa. Quare non est admirandum in his pilos præmaturè fieri canos. Magis ratione carere videtur, quòd caluities dicatur sequi nutrimenti pilorum, hoc est, excrementi fuliginosi inopiam. Nam hoc ipsum potiùs videtur deficere in frigidis quàm calidis. Ac fortè existimârunt veteres tandem cutis siccitate absumi: quod quidem mihi minimè est verisimile. Sed contrà ego suspicor hanc caluitiem ex eo sequi, quòd cutis, subiectaque caro rarescant, dum elementa in his concidunt: ferè enim hæc corpora à natura rara sunt & parum carnosa. Tanto minùs admirandum, quòd sub senectutem præcociter euadant rugosa. Itaque in his pili, vtpote subtiles, ac sæpe parum firmi præmaturè excidunt, quia cutis in qua sternuntur iam plurimùm attenuata est, subtilis facta & excarnis, quomodo & in solo pali parum altè infixi, facilè elabuntur, aut quia terra nimia humiditate firmitatem suam amisit, aut quia non satis profundè infixi. Vtroque modo & nos caluitiem fieri putamus: vel quia cutis rarescit, quemadmodum in senibus accidit, & hæc naturalis caluities: vel quia subiectum solum, hoc est, caro colliquatur. Et hæc morbosa caluities, quam in hecticis ac

Qualis sanguis, tale excrementum ac pilus.

Pituitosi citò canescunt.

Occupatio.

Causa caluitiei.

Quare quorundam corpora præcociter fiant rugosa.

Alia causa caluitiei.

Caluities naturalis.

Caluities morbosa.

tabidis tandem videre licet. Nescias tamẽ an in his, & aliis quibusdã longioribus ac vehementioribus morbis caluities temporaria sequatur ipsius magis soli raritatem quàm humiditatem, profectò humiditatem & corruptionem quandam aliquando. Argumẽto sunt pediculi, nam & hi in quibusdam cõualescentibus affatim prodeunt. Ita & in morbo Gallico situm quendam pilorum iactura sequitur. Quales ergo pili in intemperatis, diximus. Ex quibus facilè nunc erit colligere quales in temperatis, (nam & ferè vbique extremis cognitis nullo negotio cognoscuntur media, imò & illa his plerunque notiora) in quibus profectò mediocritatem per omnia seruant. Nam neque serius, neque maturius in his proueniunt, neque rari admodum aut densi. Ita & color in his respectu aliorum, per omnes ætates mediocritatem exhibet. Nam vt in aliis in extrema adolescentia nigri, in aliis autem subrufi: ita in his flaui, vulgus aliquando rufos appellat. Sequitur autem iste color non tantùm, quemadmodum apparet, ipsam temperiem, sed quandam præterea inæqualitatem. Ita vulgò dicitur, rufos insigniter bonos, vtpote quando temperiem sequitur hic color: aut latenter malos, quando scilicet inæqualitatem. Habes exemplum in sacris historiis. nam Dauid erat rufus, quemadmodum & Esau. Sic & in capillorum figura temperatus medio modo sese habet. Neque enim crispos, neque simplices omnino habet, sed mediocriter tales. Intelligo autem mediocriter tales, per vniuersum, vel qui parum crispi in fine, nullo autem modo in principio. Nam fuligo ipsa, & tandem ipsi pili

Pilorum iactura in morbo Gallico.

Pili in temperatis quomodo cognoscantur.

A tempore.

A colore.

In extrema adolescentia flaui.

Rufi aut multũ boni, aut latenter mali.

Ita Dauid erat rufus, similiter & Esau.

A figura.

magis

magis ac magis torrefiunt. Ita de nostro Seruatore dicitur, Comam ipsum habuisse simplicem ad humeros vsque, ab illis autem paululum crispam. Certum enim est ipsum fuisse temperatissimum. Non tamen temperatus mediocres pilos habet secundum crassitiem & subtilitatem. Nam antea audacter in temperato omnia pronunciauimus subtilissima. Quare rectè vulgus ingenium subtile ex pilorum subtilitate ac mollitie quadam captat: sicuti è contrario eos qui crassos & densos pilos eosque duros admodum habent, crassi ingenij iudicat. Iam inuenies omnia hæc discrimina distinctissima in regionibus temperatis. Nam intemperatæ aliqua ex parte signa hæc mutant. Tamen & in his ipsis regionibus quandam inuicem proportionem inuenies. Nam quemadmodum in regionibus egregiè calidis ac siccis, pituitosus nequaquam vultu, aut pilis eum colorem refert quem in regione temperata: ita eximiè calidus ac siccus in regione frigida ac humida multum discrepat phantasia à calido & sicco. Multo minùs hæc signa sinceritatem suam seruabunt, vbi corpus fuerit inæqualiter temperatum, fortè hepar calidum ac siccum, cerebrum autem frigidum & humidum. Nam humores qui ex alto ascendunt, nihilo ferè minùs mutarit faciem & pilos, quàm continens cerebri temperatura.

Christus qualem comam habuerit.

An temperatus habeat pilos mediocriter crassos. Vulgi iudicium.

Signa à sensu communi desumpta. Temperati mediocri somno contenti. Frigidi magis somnolenti. Calidi ac sicci magis insomnes.

SVNT quidem & alia signa quæ sumuntur à sensu communi. Quippe temperati moderatè vigilant, mediocriter dormiunt. Sed frigidi ac humidi in multam lucem sternunt. Contrà calidi ac sicci, vix septem horarum somnum ferunt. Calidi

Calidi autē ac humidi longum quidem somnū admittunt, sed perturbatum.

autem & humidi fortè longum, verumtamen turbatum. Idem euenit quidem calidis ac siccis, non quidem semper, sed vbi multæ crapulæ indulserint, præsertim vini. Nam his per accidens cerebrum calet & humet. Vereor ne temperatis idem

Idē quoque accidit nonnūquam calidis & siccis.

quoque aliquando accidat: nam vt speculum illustre faciliùs obscuratur sordido, sic quoque celeriùs perturbatur cerebrum splendidum tenebroso.

Nonnunquā & tēperatis.

E contrario frigidi & humidi maximè à crapulâ profundo quodam sopore tenentur. Idem accidit frigidis & siccis. Ac dubitabis fortassis, quinam istorum citiùs canescant. Mihi quidem videtur, quòd frigidi ac humidi canescere anticipent,

Frigidi & humidi aut etiam sicci quietissimè dormiunt.

An frigidi ac humidi ciriùs canescāt frigidis & siccis.

quia in humidis citiùs quàm siccis putrilago quædam suboritur. Verumtamen frigidi ac sicci citiùs circa caput senectutem ostendunt. Non enim senectus earum partium tantùm cognoscitur ex canitie, sed etiam ex alia totius faciei descriptione, quæ citiùs subsidit in sicco quàm humido. Dixi autem Circa caput; nam capiti frigido & sicco potest occurrere cor validum & humidum, penes quod potiùs quàm cerebrum vita promittitur. Nec mirum senectutem potiùs ostendere canitiem quàm caluitiem, quòd corporis nostri munera potiùs proficiscantur ex calido, quàm frigido. Nunc excessus calidi inducit priorem caluitiem, frigidi verò canitiem.

Senectutem potiùs ostendit canitiē quàm caluities.

Signa temperaturæ cerebri ex proximis sensuum instrumētis, ac maximè ipsius visus.

Sed de his iam satis. Supereſt ex proximis sensuum instrumētis ipsius quoque cerebri capere indicia. Antea enim diximus orta suis attestari principiis. Et quamuis fortè alia omnia instrumenta ignaua, maximè tamen in hoc seruit oculus.

lus. Sanè non est aliud organum, quod & mores & temperamentū cerebri, aliquando etiam totius corporis, fideliùs ostendat. Rarò enim oculus calidus, cerebrum autem frigidū: aut rursus ille humidus, & hoc siccum. Cognosces autem vtrunque, saltem calidum & frigidū, partim tactu, partim visu. Nam si oculos foris tetigeris, sæpe diuersa qualitas tactui occurret. Ita aliorum oculi planè candidi, aliorum rubore leuiore aspersi. Difficiliùs tactu distingues humidum aut siccum, nam caliditas & frigiditas per palpebras sæpe sese produnt: humidi verò ac sicci, vix ipsa parte apprehensa (quod hîc difficile est) discrimina inuenies. Igitur ex aliis quibusdam accidentibus huius colligenda differentia est, vtpote humiditate circumfusa. Nam (cæteris accidentibus circūcisis) humidi oculi semper plus vomunt humoris, quàm sicci. Poteris quidem calidi & frigidi differentias etiam cognoscere ex aliis; ex eo videlicet, quòd calidi oculi affusa frigida nonnihil recreentur: frigidi autem ea ipsa magis lædantur. Sic & hūmidi & sicci discrimina ex quadam externa dispositione poteris colligere. Nam magni oculi ferè humiditatem, parui siccitatem significant. Non tamen id perpetuum est. Quare fidelius signum sumetur ex figura, nam bona figura siue paruitatem, siue magnitudinem habuerit coniunctam, plerunque materiam bene temperatam indicat. Dico plerunque, nam vt totam aliquam ac magnam partem ex maligna materia formatiua virtus ægrè effigiat: ita paruam facilè. Quocirca his omnibus rectè Galenus vbique adiecit operationum dexteritatem. Nam operationes

Oculus præ cæteris sensuum organis maximè discernit tēperiem ipsius cerebri.

Oculi caliditas & frigiditas partim tactu, partim visu deprehenditur.

Difficiliùs tactu distinguitur ipsius humiditas aut siccitas.

Oculi calidi aut frigidi signū aliud.

Similiter humidi ac sicci.

Fidelius signum oculi temperaturæ ex figura.

Galenus rectè prædictis adiicit signū ex operationum dexteritate.

esse non possunt integræ, temperatura autem parum conueniens. Est autẽ oculus dexterrimus, qui minuta procul videt, rectè discernit, & noctu interdiuque æquè valet. Illi contrarius, qui vel noctu, vel interdiu tantùm videt. Nam hic humidus, ille autem siccus. Hoc tamen magis adhuc cognosces ex colore ipsorum, qui ferè duplex est. Etenim quibusdam oculi sunt cærulei, cæsij, glauci, aut fului, quales noctuis & catis domesticis: aliis verò vt canibus nigri. Sic & inter alia plærague animantia, vnaquæque species ferè vnum obtinet oculorum colorem, ac solus ferè homo & equus eum variat, non sine maximo indolis ac morum discrimine. Tantò minùs mirum est Galenum ex iisdem signis temperamentorum captare differentiam. Neque enim possunt significare mores, & ignorare temperamentum. Quod quidem & melius & clarius ex generatione eorum colorum accipietur. Non enim forte fortuna tales fiunt (vt nec quoduis aliud in corpore) sed hîc & alibi colores sequuntur magna ex parte affusionem ipsorum humorum. Adiecci quidem Magna ex parte, nam singulis aliquis color innatus est, & rhagoides suum quoque ex natura habet colorem, eumque aliqua ex parte alternatum. Verùm maiorem varietatem ex subiectis accipit humoribus, præsertim crystalloïde, & (qui ante ipsam pupillam dispergitur) tenui humore. Nam vitreus humor nihil ad mutationem istorum colorum confert. Et quidem prædictis duobus humoribus colorem ascribendum esse, ex eo cognoscere licet, quòd expressis eisdem humoribus color facilè pereat.

Oculus temperatissimus.

Intemperatissimus.

Color oculorum ferè duplex.

Cæruleus.

Niger.

Solus homo & equus diuersum oculorum colorem obtinet.

Vnde proueniat oculorũ coloris diuersitas.

Vniformis tunicæ color naturalis.

Crystallinus humor actenuis multum variant prædictum colorem vniformis tunicæ.

Igitur

Igitur niger oculus plerunque oritur ex humoris tenuis multitudine atque adeò crassitudine. Nam & alibi aqua profunda, præsertim obscura, visum circa exteriorem superficiem terminat: clara autem licet alta fundum conspicuũ exhibet. Non est igitur mirũ tenuis humoris copiam & obscuritatem oculum subnigrum ostendere. Magis est admirandum eius sinceritatem eundem reddere glaucum, aut cæruleum. Nam quamuis aqua clara cõspicua, non tamen more oculorum fulua aut glauca. Melius igitur erit in hac comparatione, pro aqua nubem substituere, & pro solo sub aqua ipsum cœlum. Etenim cœlum ex se splendidum, & sub tenui nube apparet rutilum aut glaucum. Vt autem cœlum lumen exhibet ex se: ita & crystalloïdes, atque adeò spiritus, qui crystalloïdem implet. Quòd autem ita res sese habeat, ex eo patet, quòd oculi aliquando lumen effundere appareant. Vulgum enim subinde dicentem audias, quorundam oculos scintillare. Iam non est verisimile, id quod ab omnibus tanto tempore est pronunciatum, omnino esse temerarium. Sed & alibi spiritum animalem comparauimus radiis solaribus, & inter reliquos quidem maximè talem esse decet spiritum visiuum, vtpote aliorum omnium tenuissimum. Sed neque hoc lumen tantummodo fundi-tur ab ipso spiritu, verumetiam ipso crystallino humore, plus, minus, prout is humor est exquisitior aut maior. Nam quò est exquisitior aut maior, eò oculum reddit magis glaucum: & quò minor aut obscurior, eò relinquit eundem magis nigrum. Atque eo modo, secundò oculorum color variat.

Niger oculi color vnde hat.

Cæruleus aut glaucus vnde.

Iustior comparatio.

Quomodo quorundam oculi scintillent.

Spiritus visiuus optimè comparatur radiis solaribus.

Quo crystallinus humor exquisitior aut maior, eò oculus magis glaucus: & quò minor aut obscurior, eò magis niger.

Situs oculorum quoque nonnihil eorundem colorē mutat.

Tertiò, sed minùs, ipse situs eorundem colorem nonnihil mutat. Non enim eodem modo omnes externum lumen recipiunt, sed magis ab eo feriuntur, qui eminent: minùs qui latent. Credo tamen hanc solā causam nunquam posse oculos cæruleos reddere, sed reliquæ ferè sunt, quæ oculos pingunt, aut cæruleos, aut nigros reddunt. Verùm neque hîc facilè discernes, quando prior, quando posterior causa tales oculos reddiderit, ac fortè nunquam cærulei, aut nigri euadent, nisi quando vtraque simul concurrit. Et quodsi diuersæ causæ id effecerint, ex eo cognosces, quòd humor multus pupillam latiorem, modicus verò angustiorem ostendat. Ergo vbi pupilla angusta, & oculus cæruleus, eius ferè causa erit tenuis humoris puritas & paucitas: vbi verò ampla ipsius humoris crystalloïdis alacritas. Hoc ipsum & multò fideliùs ex alio accidente agnosces, quòd videlicet lumen diurnum, & quoduis aliud excellēs refugiant, qui modicum humorem habent; quod rursus potenter ferunt, qui multum. Sed & qui crassum, licet modicum humorem tenuem superfusum habent, lumen alacriter ferunt. Verùm discrimen capies ex eo, quòd qui multo humore sed aquoso ac limpido abundat, tam proxima quàm distantia ex æquo bene discernat: qui verò crasso licet modico, id obscurè potest. Omnium autem optimè insigne lumen ferunt, qui multo & crasso abundant: sicuti è contrario nullo modo ferunt qui paucum, eumque tenuem & limpidum continent. Difficiliora sunt signa ex quibus coniicias crystalloïdis magnitudinē aut breuitatem. Ac fortassis vno modo illa licebit

Qui splendidum lumen difficulter ferant.

Qui facilè ferant.

Qui facillimè.

Qui nullo modo.

Signa demōstrantia crystalloïdis multitudinē ac breuitatem.

licebit accipere ex ipsius circuli discrimine. Nam alibi dictum est, crystalloïdem media ex parte tegi humore albugineo. Quare tantum licebit coniicere humorem crystalloïdem, quantus hîc est terminus aut circulus. Paulo facilius erit distinguere ipsius puritatem atque impuritatem. Nam purior crystalloïdes facit, vt singula quantumuis etiam remota, exquisitè distinguamus. Impurior autem ne propinqua quidem rectè discernit. Eandem quoque differentiam reperies in tenui humore turbido aut claro: sed rursus aliunde manifestum discrimen. Nam humor clarus ægrè magnum admittit lumen: crassus tolerat. Crystalloïdes verò etiam impurus, desiderato humore luminis est impatiens. Non erit nunc difficile ex dictis oculi colligere humiditatem aut siccitatem. Nam glauci ferè siccitatẽ enunciant, siue tales fuerint ob tenuis humoris paucitatẽ, aut puritatẽ, siue crystalloïdis splendorem aut magnitudinẽ: nam purior crystalloïdes siccior, impurior autẽ humidior. Dixit etiam Galenus magnitudinem crystalloïdis augere oculi siccitatem: è contrario autem tenuis humoris multitudinem eius humiditatem. Igitur nigri oculi magis ambigunt: aliquando enim humidi, aliquando sicci existunt. Sequuntur enim aliquando solam tenuis humoris multitudinẽ, aliquando eius crassitudinem, quemadmodum & nonnunquam crystalloïdis obscuritatem, sæpe etiam eius multitudinem. Hinc non solùm capris, vtpote siccis; sed & ouibus, licet humidis oculi glauci sunt; & canibus eximiè siccis, nigri. Domesticis iterum catis cæsij. In hominibus tamen & equis ferè

Signa demõstrata ipsius puritatem ac impuritatẽ.

Quomodo ex dictis cognoscenda oculi humiditas aut siccitas.

Glauci plerunque sicci.

Nigri aliquãdo humidi, aliquando sicci.

Non solùm in capris, sed & ouibus licet humidis oculi glauci, ac canibus eximiè siccis nigri.

In hominibus tamen

& equis glauci oculi ſicci, at nigri humidi.

ferè glauci ſicci, nigri autem humidi. Neſcio igitur quare in puella potiùs laudetur oculus cæſius, quàm niger. An vt puellam decet eſſe humidam, ſic eius humiditatem oporteat eſſe tenuiſſimam: nam ad multa alia confert, & præſertim ingenij dexteritatem. Alij ex iiſdem etiam coloribus diſtinguunt caliditatem & frigiditatem. Huc quoque reſpexiſſe videtur Galenus in fine ſecundi libri De temperamentis, vbi illis conniuet, qui aut humoris, aut caloris copiam coniiciunt ex cæſiis oculis. Mihi tamen quoduis potiùs aliud, quàm calorem cæſij ſignificant. Proinde quoque ego tam his quàm aliis rationibus pro γλαυκῷ, μελάνῳ legendum puto. Igitur glauci & nigri intemperamentum ſignificant, & ſolii medij temperamẽtum deſignant; quales putat Ariſtoteles eſſe caprinos. Sed egò & hos ad intemperiem quandam pertinere puto.

Quia in puella laudetur potiùs oculus cæſius quàm niger.

An ex prædictis coloribus ſit etiam diſtinguenda oculi caliditas aut frigiditas.

Galenus hoc videtur velle dicere.

Noſtra opinio.

Galeni locus quomodo reſtituendus aut legẽdus.

ATQVE hucuſque relucent ipſius cerebri temperaturæ indicia. Cor verò ſubinde in vniuerſum corpus ſuam diffundit intemperiem. Eſt enim hoc viſcus omnium principaliſſimum, atque eximiè calidum, vt ſingulis partibus ſuo calore vitam præpararet, & ſpiritus vitalis calidus in vniuerſum corpus ex eo procederet. Qui cùm non ſolùm ſit calidus, verùm etiam humidus, hinc quoque cor non quidem multum, ſed parum decuit eſſe humidum. Atque harum quidem qualitatum temperiem ex ipſis cognoſces operationibus. Sunt autem cordis operationes non ita multæ, tantùm in triplici differentia. Eſt enim ipſius motus, cuius naturam imitatur, arteriarum pulſus. Accedunt

Cor.

Cor omniũ viſcerum principaliſſimum ac eximiè calidũ.

Cor non tantũ calidum, ſed etiam parum humidum.

Cordis temperatura ex ipſius operationibus capiãda.

Cordis operationes triplices.

Ipſius motus Arteriarum pulſus.

tertiò

tertiò operationes morales, quas Galenus solet tribuere animæ irrationali. Reuera autem sunt pruritus, affectus aut stimuli quidam animi, qui nunc continenter oriuntur ex ipso corde, aliquando longiùs procedunt ab ipso hepate, renibus ac visceribus genitalibus. Nec mirum est ea quæ in corpore nostro existunt, licet longiùs dissita, animum mouere in corde, nam sæpe eum vrgent quæ vel foris occurrunt. Et quidem cordis motus ipsius seruat temperiem ac mediocritatem, quippe dum expanditur, ex leuibus arteriis aërem præparatum recipit, & dum contrahitur, fuliginosum explodit. Res procul dubio necessaria, nam quemadmodum flamma in hypocausto, omnibus spiraculis obstructis, extinguitur, vel quia calor ab aëre nutritur, vel certè quia diffiatione indiget: ita ablato hoc motu calor cordis statim strangulatur. Idem quoque vsus ipsius pulsus. Et nihilo ferè minùs cordis temperiem ipsa sequitur respiratio. Nam etiamsi cor ipsius immediata causa non existat, tamen eius temperatura ipsam admodum variat, & quædam citat, quædam moratur: hæc magnam, alia paruam exigit. Quibus autem temperatum cor existit, in spirandi facultate, cordis & arteriarum motu, mediocritatem aut modũ seruant. Et quod amplius est, optimis ex natura moribus est præditus, castus est, non lubricus, nec effœminatus. liberalis, non prodigus, nec auarus, absque omni fuco, fastu. Comis est, & humanus, non furibundus, iracundus; aut sui contemptor, sed patiens & benignus. Non est deditus crapulæ, sed temperatè viuit: non est cunctator, aut nimium præceps, sed in omnibus maturus:

Operationes morales.

Quomodo cordis motus ipsius sequatur temperiẽ.

Pulsus vsus.

Ipsa quoque respiratio cordis imitatur temperiẽ.

Cordis temperati indicia.

maturus: non est inuidus, sed bonorum studiosus: non effœminatus aut temerarius, sed fortis, non solùm ad agendum, verùm etiam patiendum. Atque hæc quidem vna eorum qui temperato sunt corde conditio. Eorum autem qui intemperato sunt, mores admodùm diuersi, quemadmodum & ipsæ intemperaturæ diuersæ. Qui calido igitur sunt corde, procaces sunt, superbi, iracundi, præcipites, feroces, prodigi. Contrà qui frigido, effœminati, abiecti, ad iram segnes, meticulosi, cunctatores, & auari. Rursum qui humido, petulci, morosi, iracundi (minùs tamen iis qui calido) molles ac blandi, mansueti, ad omnia mobiles, stulti. E contrario qui sicco, magis auari quàm fastuosi, pertinaces potiùs quàm morosi, iracundi, scueri, difficiles callidi. De inuidia quid dicturus sim nescio; neque enim temperaturæ aliquod vitium, sed innatam (qualis est in malignis spiritibus) malitiam sequi videtur. Nec idem de superbia dicere verebor, ex qua enascitur ipsa inuidia. Quòd si tamen aliquam qualitatum temperiem sequantur, potiùs calidam & siccam, quàm illi oppositam sequentur. Nam fastus qui in mulieribus est, potiùs quædam stultitia ex imitatione nata, quàm vera superbia est, & ferè vestibus & mundo muliebri circumscribitur. Vtrunque tolerari potest, vel ob eam causam, quòd defectum & obscuritatem naturæ aliquo accito debent dissimulare colore. Auari rarò ferè sicci quidem, sed magis frigidi quàm calidi. Possem quidem reliquas compositas temperaturas prosequi, sed ex prioribus facilis est illarum descriptio. Nam si frigidi & sicci sint auari,

Eorum qui corde sunt intemperato mores admodum diuersi pro intemperaturę diuersitate.

Cordis calidi signa.

Cordis frigidi.

Cordis humidi

Cordis sicci.

Inuidiam non sequi temperaturæ vitium sed potiùs innatam quádam malitiam.

Similiter dicendum de superbia.

Fastus vulgaris in mulieribus nequaquam vera superbia, sed potiùs stultitia quædam.

Compositarum temperaturarum cordis differentiæ ac mores.

consequens est calidos & humidos esse prodigos. Sicuti rursus, si calidi & sicci sint furiosi, maximè molles erunt frigidi & humidi. Videtis nunc quædam vitia composita sequi qualitates, sicuti nonnulla simplices. Sed omnes hi affectus aut pruritus meliori aut peiori consuetudine obliterantur, atque naturalibus contrarij inducuntur. Omitto iam rationem ac voluntatem omnibus his præsidere ac supereminere. Diuersitatem capies ex descriptione pectoris. Furiosi ex natura egregiè hirsuti, qui verò tales ex mala educatione, glabri. Rursus educatio sæpe parua incommoda vincit, natura etiam magna. Sed melius est alia, quæ sumuntur à circumscriptione externa, adiicere signa. Temperatus enim neque lato, neque angusto, sed quadrato est pectore, eoque nõ simpliciter admodum mulieris glabro, sed statim sub ipsam iuuentutem mediocriter hirto. Contrario modo sese habent calidi & frigidi, humidi & sicci. Nam calidi & humidi liberalissimum quidem pectus exhibent: contractum verò frigidi ac sicci. Non multum à temperatis distant calidi & sicci, ac rursum frigidi & humidi. Quare calidi & sicci egregiè hirti, frigidi ac humidi egregiè glabri: parum hirsuti calidi & humidi, rursum frigidi & sicci. Sed in pulsu & spiratione contrario modo sese habent calidi, etenim tam spiritum, quàm pulsum magnum habẽt, velocem & frequentem: frigidi verò è contrario paruum, tardum & rarum. Galenus tamen magis agnoscit paruum, quâm rarum aut tardum. Discrimen præterea faciunt morborum fortunæ. Nam calidi parati ad febres simplices, & siquidem præterea

Prædicti omnes affectus aut mores mutantur nõnunquam in meliore aut peiore consuetudine.

Vnde cognoscatur an prædicti cordis affectus sint naturales an ex educatione tales.

Alia signa à circumscriptione externa desũpta.

Qui corde sunt temperato, pectore sunt quadrato ac statim mediocriter hirto.

Qui calido & humido, lato sunt pectore.

Qui frigido & sicco, contracto.

Alia signa à pulsus & respirationis differentia desumpta.

Alia præterea signa à morborũ quibus capiuntur differentiis.

Qui calido sunt corde maximè fe-

bribus simplicibus expositi: ac qui præterea humido etiam pestilentialibus.

præterea humidi, etiam ad pestilentes : frigidi minimè eis obnoxij. Poteris etiam cordis temperaturam coniicere ex vniuerso corpore. Etenim in qualibet corporis parte ferè relucent ipsius cordis indicia. Nam si singulæ partes ab eo vitam accipiunt, necesse quodammodo erit, qualitatem quoque vitæ, illius qualitatem imitari. Dixi autem quodammodo; nam corporis habitus secundò naturam effoetorum humorum ex hepate imitatur. Attamen rarò frigiditas hepatis in toto corpore potest vincere vim caliditatis cordis, nisi multis numeris eius frigiditas excesserit caliditatẽ cordis. Nam cor hepate multò calidius. Sed contrà humiditatem cordis frequenter obliterat siccitas hepatis in vniuerso corpore, cùm cordis humiditas valde exigua, adeò vt quidam siccum asserant.

Alia cordis indicia ab vniuerso corpore desumpta.

Rarò frigiditas iecoris potest vincere in toto corpore caliditatem cordis.

Sed frequenter humiditatem cordis obliterat in vniuerso corpore siccitas ipsius iecoris.

Hepatis indicia.

Non erit ex dictis difficile cognoscere temperiem ipsius hepatis. Est autem naturalis in omnibus calida & humida. Quod quidem satis indicat ipsius substantiæ phantasia, nam vt alibi ait Galenus, tantùm apparet ex sanguine concreta. Nec tale temerè aut forte fortuna factũ est hepar, sed quia futurum erat humorum promptuarium. Sunt enim omnes humores saltem actu aut phantasia calidi & humidi. Dixi actu; nam bilis & melancholia potentia siccæ, pituita autem frigida. Qua de causa licet Galenus secus putet, & Auicẽna dubitet, solus sanguis mihi nutrire apparet. Nam reliquos humores nequaquam ex professo hepar generare apparet, sed pro alimentorũ discrimine. Cui attestatur, quòd ex quibusdam minimũ bilis, ex aliis minimum melancholiæ colligat: sanguinis

Hepatis temperies naturalis calida & humida.

Quare hepar calidum & humidum.

Omnes humores actu humidi & calidi.

Solus sanguis nutrit.

autem

autem quamplurimũ. Et quidem quando temperatè sese habet, omniũ pulchertrima est proportio, quam partim ex vniuersa carne discees, sed magis ex ipsa vrina, hæc enim eximiè eius effectum ostẽdit. Itaque optima vrina (quam postea describemus) optimum sanguinis apparatum ostendit. Biliosa autem ipsius bilis copiam ac hepatis caliditatem. Sed satius est Galeni ordinem sequi. Hepati igitur calido attestatur sanguis calidus, biliosus, atque adeò ipsa bilis, in iuuentute quidẽ flaua ac rufa; in consistente autem ætate atra. Nam licet iuuentus sit calidior, est tamen in consistente ætate bilis adustioni magis obnoxia, quòd hîc sit magis crassa. Sic & ligna tenuiora magis exspirant in flammam & fumum, quàm carbones aut cineres. Iam & cutis densitate calor in consistente ætate quodammodo strangulatur: in ætate verò iuuenili omnia perspirant. Confert & hæc quoque causa nonnihil ad adustionem, quòd vel foris ita comparentur carbones. Accedit ad hepatis caliditatem venarum latitudo, hypochondriorum pilositas, & vniuersi corporis caliditas. E contrario in hepate frigido, omnia contraria, sanguis frigidior, pituitæ copia, venarum angustia, hypochondria glabra, & totius corporis frigiditas. Totidem quoque ferè signa sunt hepatis sicci. Nam sanguis modicus & crassus, venæ duræ, totius corporis gracilitas. Quemadmodum hepar humidum sequitur sanguinis multitudo, & eiusdem tenuitas, venæ molliores, ac vniuersi corporis humiditas. Itaque vbiq. sanguis dilutior in humida temperatura, quàm sicca, nam hæc serosas superfluitates absorbet ac consumit,

Hepar temperatum optima proportione omnes humores procreat.

Ex vrina maximum hepatis indicium.

Sanguis calidus ac biliosus demonstrat hepar calidum.

Iuuenilis ætas consistente calidior.

Alia hepatis calidi indicia.

Signa hepatis frigidi.

Signa sicci.

Signa humidi.

Hepar humidum ac frigidum sanguinem proerrat tenuissimum, hoc est, serosissimum. Sed per se tenuissimum sanguinem profert hepar temperatum.

consumit, humiditas verò congregat. Atque hac fortè ratione temperatura frigida & humida, habebit sanguinem tenuissimũ, id est, serosissimum, quomodo similis genitalium temperatura semen habet tenuissimum, hoc est, aquosissimum. Verùm per se, ac omnibus superfluitatibus exemptis, tenuissimus sanguis inuenietur in corpore temperato. Nam in calido & sicco nonnihil cogi videtur, quamuis & hîc quoque ipsa bilis sanguinis nonnihil dilutioris phantasiam præbeat. Ita frigida & humida temperatura minùs hirta, quàm frigida & sicca. Verumtamen anxiæ sunt huiusmodi comparationes, adeò vt vel Galenus obiter frigidam & siccam dixerit maximè glabram. Sed hoc ita intelligendum est, quasi parua sit differentia: nam certum est, simpliciter humidam & frigidam minùs esse hirsutam. Quando igitur & cor & hepar in vno excessu conueniunt, necesse erit reliquas particulas illis quoque consentire. Nam & alibi ferè priuati homines imitantur mores regum ac principum. Verùm aliquando inter has principes partes, quædam oritur seditio atque inæqualitas; ita vt aliam temperiem cor, aliam autem obtineat ipsum hepar. Quod dum fit & ipse quoque habitus corporis, nunc huius, nunc illius temperaturam imitatur. Et ratò quidem admodum contingit, hepate existente sicco, vniuersum ipsum corpus esse humidum. Ignaua enim plerunque cordis humiditas. Sæpius siccitas cordis emendat humiditatem hepatis, multoque frequentiùs cordis frigiditas obscurat caliditatem hepatis. Sæpissimè autem ac facillimè è contrario obliterat in

Si hepar & cor in vna temperie conueniant, necesse erit reliquas corporis partes illis consentire.

Sin minùs cõueniant, & ipse corporis habitus nunc huius, nunc illius temperiẽ sequitur.

Ratò hepate existente sicco, vniuersũ corpus existit humidũ.

reliquo

reliquo corpore frigiditatem hepatis, caliditas cordis. Non enim multum hepar labitur in frigidum, ſed ferè multum cor inclinat in calidum.

Genitalium temperaturæ indicia.

SIMILITER ex dictis iam facilè quis diſtinguere poterit temperaturam partium genitalium. Nam pro deſcriptione hypochondriorum oportebit tantùm ſubiicere ilia & pubem, ac pro ſanguinis differentia, ipſum ſemen. Nam qualis eſt ſanguis in calido hepate & ſicco, tale ſemen vbi genitalia calida fuerint & ſicca. Accedit differentia ex ſalacitate deſumpta. Etenim qui calidam habent genitalium temperaturam, ſalaces ſunt: qui autem frigida, effœminati. Sic qui humida, magis turgent, quàm qui ſicca. Ampliùs qui his partibus ſunt temperati, fœcundiſſimi, poſt hos calidi & humidi, deinde calidi & ſicci. Et hi quidem plures maſculos, illi verò ſimpliciter plures proles generant. At frigidi omnes infœcundi, ac maximè ſteriles frigidi & ſicci: qui ſi quando pruritus quoſdam habeant, ſæpe inanes ſunt. Nuſquam autem clariùs horum viſcerum temperiem capies, quã ex facie. Nam calidi præcociter, frigidi autem vel tardè vel nunquã barbati. Sic humidi parum, ſicci multum. Atteſtatur & color ipſius barbæ. Nam in calidis ea nigra, in aliis ſpicea & diluta, in temperatis mediocriter colorata, flaua ac quodammodo rufa. Verùm & talis nonnunquam eſt ex humorum frigidorum ac calidorum permixtione, cuius diſcrimina aliunde petenda. Præterea in ſiccis barba criſpa, in humidis verò ſimplex ac mollis. Atque hæc ſunt quæ ſequuntur differentiam partium genitalium. Nam quamuis minùs caleant

Qui genitalibus ſunt temperatis, fœcũdiſſimi. Calida & ſicca genitalium temperatura plures maſculos procreant: at calida & humida ſimpliciter plures proles. Frigida infœcunda ac maximè ſterilis, frigida, & ſicca. Genitalium temperatura maximè captanda ex barba. Præterea ex barba colore.

ipso hepate; tamen illarum calor, reliquis partibus frigidis, magnum est auctuarium aut accessorium, quæ nunquam tantũ calorem sentirent, nisi qualiscunque caliditas ex ipsis viscеribus illis accederet.

Signa habitus corporis.

PROXIMVM est distinguere corporis habitum; nam si non semper, tamen aliquando poterit variare à prædictis viscеribus, præsertim inæquabiliter temperatis. Dependet autem is ex ipsis musculis, sic enim appellantur partes compositæ ex carne & neruis, aut illorum villis, aut filis carne intertextis. Nec multa eget oratione hæc distinctio,

Ex cutis colore, ac pilis. Signa substantialia maximè hîc conferunt.

nam ex cutis colore & pilis, ac iis quæ antè dicta sunt, facilè colligenda. Tantùm ergo oportebit definire ipsa substantialia, quæ nusquam alibi, quàm hoc in loco maiorem fidem promittunt.

Primũ tactu.

Nam tactus mẽtiri nequit, sed circumcisis reliquis accidentibus, omne molle æstimat humidum, quemadmodum omne durum siccum. Minùs adhuc errat in discrimine calidi & frigidi; nam

Calidorum ac frigidorũ differentia maximè à cibo capienda.

hæ qualitates statim sese insinuant. Nunquam autem horum differentiam magis capies quàm à cibo. Quidam enim statim inter cœnandum manifestè frigent, nonnulli autem calent: quos ex natura ego calidos puto, sicuti illos frigidos. Nam quemadmodum modicus ignis, aut contabescit mediocri tempore, aut quodammodo strangulatur sub multis lignis: sic calor nostri corporis modicus sub ipso alimento, si non potentia, saltem actu frigido. Et rursus sicuti è contrario, multus ignis statim emicat sub lignis, præsertim siccis: ita & multus calor statim accenditur tenuiore parte

Vulgi præpostera iudi-

alimenti. Scio vulgus è contrario calidas à cibo damnare

damnare manus, frigidas verò commendare. Sed contra hos alibi latiùs disputauimus: duntaxat enim hoc in vno affectu verum est, vbi scilicet manus calent, & pedes aut potiùs vniuersum corpus intus horret. Quomodo & in iis qui foris frigida lauantur, infirmi caloris signum est, interiora calere, & vix longo postea tempore exteriora suum calorem recipere. Sic igitur tactu diiudicatur exterior habitus, ac poteris etiam discernere visu. Nam humidi carnosi, sicci graciles, frigidi adiposi, calidi macilenti, temperati mediocres. Quòd autem carnosi musculi gracilioribus sint humidiores, ex eo est, quòd caro neruis humidior. Itaque totus quidem musculus etiam similariter potest euadere humidior quàm antea fuit: verùm singulæ eius primæ particulæ, id est, simplices, quotidie fiunt sicciores. Nam quemadmodum neruus, & ipsa caro continuè siccior redditur. Iam non solùm carnis copiam, sed & ipsius quoque qualitatem considerare oportet. Nam & inter eos qui carnosiores existunt, alterius caro humidior, alterius siccior ac solidior. Discernet optimè tactus; nam alterius molliorem, alterius sentiet duriorem. Quod non tantùm facit ipsa humiditas similaris, sed & instrumentalis. Ita appello eam quæ carni circumfunditur & ipsius poros implet. Quæ quidem vt carnem penitus humectare nequit (est enim humidi nimis ignaua energia) ita ne affatim exiccetur, impedit. Atque hactenus ex carnis multitudine, musculorum colligere licet humiditatem, modò nulla alia mollis phantasia te fallat. Nam est, vbi membrum crassum apparet ob solius ossis

cium de calidis aut frigidis a cibo manibus.

Secundò, visu.

Carnosi musculi gracilioribus humidiores.

Humiditas instrumentalis, quæ dicatur.

VENETO VENETA

magnitudinem, ſicuti & nonnunquam tenue ob illius tenuitatem. Nouiſſimum ſignum ab externis iniuriis capitur. Nam calidum facilè calefit, frigidum verò frigefit. Hîc tamen poteſt occurrere ipſa denſitas, quæ non facilè frigus ipſum externum admittit. Sic è contrario ipſa raritas aliquando potiùs in cauſa eſt quàm frigiditas cur citò frigefiat. Intelligo autem nunc per raritatem tenuitatem. Diſcrimen huius rei hoc modo accipies. Qualitas corpus reddit obnoxium tantùm qualitati ſibi ſimili: raritas verò vtrique. Sed neque cutis denſitas duntaxat repellit frigidum, verumetiam aliquando calidum. Verum tamen eſt, denſum corpus citiùs calefieri, & rarum promptiùs frigefieri. Simpliciter interim raritas vtrique contrario-rum corpus magis reddit opportunum. Ita ſunt qui neque calidum ferant, neque frigidum; ſicuti ſunt alij ita obdurata cute, vt vtrumque contemnant. Plures tamen inueniuntur qui altera præcipuè offenduntur. Ita calidi parum ferunt æſtatem: frigidi verò ægrè hiemem. Non erit tam promptum ex occurſu ſimilium qualitatum cognoſcere diſcrimen humidi & ſicci; quoniam, vt antè diximus, valde lenta ac ignaua eſt ipſius humidi energia, quemadmodum & ipſius ſicci. Sunt tamen qui ſub auſtrum ſtatim grauedinem incurrant: ſunt etiam qui longam ſiccitatem morosè ferant, vtpote melancholici aut aliter egregiè ſicci. Sed id rarius eſt, eò quòd corpus noſtrum ſæpius humido laboret quàm ſicco. Putat Galenus ſiccos quoque muſculos ignauiores & ſegniores, humidos autem promptiores. Quod quidem & mihi verum appa-

• Poſtremum ſignum ab externis iniuriis capitur.

Denſum corpus citiùs calefit, ac rarum facilius frigefit.

Non tam facilis eſt diſtinctio habitus corporis humidi ac ſicci ex occurſu ſimilium qualitatum.

ret,

ret, nam ſiccitatis potiùs quàm humiditatis eſt muſculos facere rigidos. Quod quidem mulieres ignauæ ſint,& flaccidæ,potiùs eſt in cauſa earum frigiditas quàm humiditas. Nam & in externis, funes aqua mollimus, ſi quando magis flexiles reddere volumus.

Quare mulieres viris ignauiores.

ATQVE hæc quidem ad vniuerſi corporis deſcriptionẽ apparent ſufficere. Ne tamen quicquam omittatur, præſtat iuxta Galeni amuſſim ventriculi & aliorum quorundam viſcerũ naturam ex ipſorum operibus obiter perſtringere. Sunt autẽ totius ventriculi operationes maximè duæ, appetentia ſcilicet & concoctio. Et maxima quidem eius differentia ſtatim apparet ex ipſo appetitu. Nam nonnulli ita eo ſunt temperato, vt nullum cibi genus, quo communiter homines veſci ſolent, faſtidiant: vinum ferunt, nec ceruiſiam renuunt: piſces & carnes tolerant, neque à fructibus, butyro, aut etiam caſeo abſtinent. Sunt alij qui mediocres quidem cibos ferunt, ſed ex extremis quoſdã faſtidiunt. Sic quidam carnes amant, & piſces contemnunt, atque hi propemodum calidi. Cognoſces & hoc ex animantium differentia: nam ex iis calida vtuntur leones, lupi, canes, & nõnulla alia huiuſmodi fera animalia ſola carne oblectantur. Sic & inter ætates, iuuenilis magis quàm puerilis ætas carne delectatur. E contrario rurſum ſenes aliqui piſcibus magis quàm carnibus afficiuntur; & carnibus quidem heſternis, vtpote frigidis, magis quàm recẽtibus ac calentibus. Non eſt obſcurior inter humidum & ſiccum ventriculum differentia: nam quibus eſt humidus, vtpote pueris, omnibus oblectantur

Ventriculi indicia.

Eius operationes præcipuæ duæ.

Signa ab appetitu.

Signum ventriculi calidi.

Quare leones, lupi ac ſimiles feræ tola carne delectentur.

Iuuenilis magis quàm puerilis ætas carne gaudet.

Senilis magis piſcibus.

Similis diſtinctio inter humidum ventriculum & ſiccum.

humidis, lacte, butyro, pane siligineo, fructibus. Contrà quibus is est siccus, caseum, panem fermentatum atque alia sicca postulant. Erit clarior sermo in quibusdam extremis obsoniis, condimentis, aut acetariis. Ita frigidæ ac humidæ temperaturæ lactucis gaudent, frigidæ ac siccæ aceto, calidæ & siccæ sinapio, & omnibus salsis, quemadmodum calidæ & humidæ omnibus dulcibus. Sunt alimenta, obsonia, condimenta, quæ altera qualitate conueniũt, altera dissentiunt, quæ medio quodam modo stomachum afficiunt. Sic acetum mediocriter afficit frigidos & humidos: sinapium mediocriter calidos & humidos, & rursũ frigidos & siccos, eosque tales aliquando actu, aliquando potentia. Denique quibus ventriculi temperatura sicca, magis quàm quibus humida, sitiunt: quemadmodum quibus frigida, citiùs fament, quàm quibus calida. Accedit quòd qui sunt ventriculo humido, vbi semel sitierint, plurimam potus copiam citra indignationem ventriculi ac capitis grauitatem ferunt. Quibus autem siccus est, statim copia grauat. Non enim similiter humido obiectantur. Nam & calidum si quidem semel refrigeratum fuerit, plurimum calorem tolerat. Ecquid igitur mirum, quòd humidum exiccatum liberaliter humectari postulet? E contrario, qui frigido sunt stomacho, citiùs fament: nam quamuis frigiditas non sit prima ac potissima famis causa, est tamen immediata. Exemplo senes sunt & qui boulismum aut caninam famem patiuntur. Idem quoque indicant ipsi pueri: nam sicuti & ob alias causas famem difficilè ferunt, ita certum

Secunda distinctio ex siti.

Quibus stomachus siccus, magis sitiunt.

Alia.

Quibus ventriculus frigidus, citiùs fament.

Frigiditas immediata famis causa

quoque

quoque est iuuenibus quodammodo calidiores existere. Iam neque duntaxat in sanis genuinæ aut naturalis temperaturæ indicia sumuntur ex appetitus discrimine, sed & morbosæ in ægris. Nam quemadmodum illic similia, sic hîc appetuntur contraria. Ita febricitantes appetunt frigida: refrigerati autem vehementer calida. Egregiè humidi carbones, terram, cineres: quemadmodum insigniter sicci fungos, & alia eiusmodi. Non tamen ægris suus vbique delectus est permittendus, nam ferè magis appetunt contrarium morbi, quàm eiusdem causæ. Quemadmodum nec sanis suus semper est concedendus appetitus, nam sæpe qualitas conueniens est, & quæ substernitur substantia contraria, atque id natura discernere nequit. Omitto iam quòd sæpe alia appetat, quàm conueniant, nam calidus calida appetit, & tamen ex iis nonnulla malè afficit atque corrumpit. Iam & multa dissimilaria sunt, quorum vnum quidem appetitur, interim reliqua magis obsunt. Sic frigidus multa frigida expedit, quæ concoquere non valet, quod natura distinguere non didicit. Multò minùs id quod per se est, ab eo quod per accidens est discernet. Ac tantùm differt ciborum appetitus. Sitis autem semper est appetitus actu humidi. Cuius rei magnum argumentum, quòd per se potiùs sequatur excessum qualitatis, id est, siccitatis, quàm iacturam quantitatis. Dixi actu humidi, nam hoc idem aliquando potentia siccum: etenim vinum tantum habet siccitatis quantum caliditatis. Sed est tamen & in siti quædam differentia: nam alij calidum, alij magis frigidum appetunt

Quemadmodum in sanis naturalis ventriculi temperaturæ sumuntur indicia ex appetitus differentia: ita & morbosæ in ægris.

Febricitantes appetunt frigida: refrigerati calida.

Multum humidi carbones, terram, cineres.

Insigniter sicci fungos.

Sitis appetitus actu humidi.

In siti magna differentia.

potum, vtpote aquam alij, & alij vinum. Et rursum alij meracius, alij dilutius. Sic & nonnulli rubrum atque astringens, aliqui autem dulcius, pro siccitatis videlicet differentia. Hinc iterum fit pueros aquam, viros ac senes vinum appetere, non solùm tanquam frigidiores, verumetiam tanquam siccio-

Quare pueri aquam, & viri ac senes vinum appetant.

res. Forsitan etiam id ex eo fit, quòd puerorum calor suauior, illorum verò acrior. Nam quamdiu sanitate constamus, vt etiam antè diximus, magis similia appetimus quàm contraria.

ATQVE hactenus de appetitu dictum est satis, quatenus pro sua varietate, variam ventriculi temperiem demonstrat. Eandem quoque ex secundo ipsius munere, concoctione scilicet, cognosces. Nam frigidi ægrè, calidi promptè concoquunt. Et rursum hi cibum leuem corrumpunt, illi autem rectè perficiunt. Ac appetitus quidem differentiæ ab omnibus facilè cognoscuntur. Concoctionis verò commoda & incommoda ex aliis accidentibus, præsertim dolore à cibo, vomitu, nausea, fluctuatione, inflatione, & ructibus capiuntur. Sunt enim qui omnem cibum ferant: sunt & qui putridos à cibo ructus edunt. Atque hi calidi sunt. Sunt & alij tam frigidi, vt vel manè insipidum eructent, aut certè acidum: nam semicoctus cibus acidus, perfectè autem quodammodo dulcis. Liberaliora igitur signa ab appetitu sumuntur, quàm ipsa concoctione: nam concoctio calidum tantùm & frigidum discriminat; appetitus verò etiam humidum & siccum, vnica habita definitione, quæ distinguit appetitum sanorum ab appetitu ægrorum. Atque id facilè; nam appetitus

Signa ventriculi ex concoctione.

Concoctionis debilitas vnde dignoscatur.

Qui calido sint ventriculo.

Qui frigido.

Plura signa ab appetitu sumuntur, quàm à concoctione.

præter

præter consuetudinem, affectum aliquem conqueritur: qui verò in sanis est, semper sibi similis existit. Ita & signa à siti desumpta distinguere oportet. Non enim sitis semper ventriculi siccitatem sequitur, sed aliquando etiam hepatis, pulmonis, cordis caliditatem. Et quidem hepatis caliditatem ex vrina cognosces, & quibusdam aliis eius affectibus. Ita neque quilibet affectus cor incalfacit, sed maximè febris. Pulmonis verò caliditas, multam eius angustiam sequitur aut inflammationem. At nihil istorum est, quod non tandem poterit stomachum incalfacere, & sitim prouocare. Verùm vbi citra has affectiones sitis insurgit, verisimile erit stomachi affectum in causa existere. Differentiam iterum capies ex spiritus diuersitate: multus enim spiritus cordis arguit caliditatem: difficilis, pectoris etiam angustiam accusat. Sitim interim ex stomachi intemperie nihil istorum sequitur. Denique sitim ex ventriculi intemperie facilè mitigabis poculis, siue ex caliditate, siue etiam siccitate oriatur. Vnica est differentia, quòd hîc paulatim ac per syphonem, illic verò affatim bibere expediat. Sed eam quam pulmonis aut cordis caliditas parit, non nisi longiore tempore omnino poteris euincere. Nam stomachi intemperiem pocula statim reprehendere possunt, ad superiora verò viscera non nisi tandem peruenire queunt. Itaque ex iis tantisper sitis reuertitur, donec illorum temperies fuerit mutata. Iam & sitim ex ventriculo ferè humida diluunt, ex pectore verò ipsa frigida. Non enim pulmonis siccitas, cordis, hepatis stomachum carpit, sed caliditas

Appetitus sanorum qui differat ab appetitu ægrorum.

Sitis non semper ventriculi siccitatem sequitur.

Differentia sitis ex ventriculi affectu prouenientis, ab ea quæ aliorum viscerum caliditatem sequitur.

Altera differentia.

Discrimen sitis ex ventriculi caliditate & siccitate prouenientis.

Tertia differentia.

Quarta. frequenter. Deinde ne frigidus quidem potus sitim ex caliditate pectoris subortam placat, sed magis frigidus aër: facilè enim hic ad pectus transit. Idem verò sitim ex siccitate ventriculi non solùm non lædit, sæpe etiam auget; nam frigidus aër si non actu, saltem potentia quadam exsiccat. Argumento

Quare qui aperto ore dormiunt, oris siccitatē incurrant.

sunt qui aperto ore dormiunt: ferè enim hi oris siccitatem incurrunt, quia per os potiùs quàm per aërem attrahunt. Omitto rudem hunc aërem modicam pectoris temperiem violare ac plus satis infrigidare, calidam verò attemperare. Indicio est, quòd qui frigido sunt pectore, vbi frigidum aërem liberaliter hauserint, tussiant, aut aliter dolorem sentiant: qui verò calido, ipsum innocenter ferant.

Signa temperaturæ pectoris. Ab excrementis.

ATQVI (vt ad reliquas partes veniamus) sit hoc quod diximus, primum calidi ac frigidi pectoris indicium. Magis adhuc discriminat excrementum; nam qui calido sunt pulmone, excrementis vacant; qui autem frigido, abundant, ac nunc per tussim, nunc per simplicem screatum excernunt: per tussim quidem vbi affatim erumpit; per screatum, quando paulatim ascendit, ac in faucibus coït. Ita enim & ex ventre excrementum vomitum

Similiter humidi pulmones distinguuntur à siccis.

mouet, quod affatim ascendit, modicum verò clam & occultè in superiora euadit. Eodē quoque ferè modo distinguuntur humidi pulmones & dignoscuntur à siccis. Nam quemadmodum frigi-

Quemadmodum frigiditas prima generationis pituitæ causa: ita humiditas secūda.

ditas prima causa generationis pituitæ, ita humiditas secunda. Quare eos mirari non possum, qui

Falsa quorundam de pulmonis excremento opinio.

pulmonis excrementum asserunt biliosum. Nam quamuis ipsius excrementum sit magis biliosum quàm ipsius hepatis, nequaquam tamen simpli-

citer

citer existit bilioſum, ſed potiùs calidum & humidum. Itaque eius quoque excrementum potiùs erit pituitoſum quàm cholericum. Semper enim humiditas plus relinquit ſuperfluitatis quàm caliditas. Quòd ſi & aliquid quoque bilis generet, & hoc quoque dum concoquitur, quandam pituitæ phantaſiam induit, quemadmodum paret ex omnibus inflammationibus, cùm expuuntur & excoquuntur. Certum igitur eſt, pulmones ſiccos ſinceriores, humidos verò impuriores eſſe. Ex quo & illud ſtatim ſequetur, ſiccos clariorem edere vocem, humidos verò obſcuriorem. Nam & ex fiſtulis externis, humidæ valde obſcurum, ſiccæ admodum alacrem ſonum reddunt. Ampliùs qui ſiccos habent pulmones, citra vllum impedimentum, & longam orationem & altam in concionibus trahunt; qui verò humidos habent, inter orandum multa turpiter & frequenter piriſſant. Mouetur enim humiditas in pulmone, atque nonnunquam in medium aſcendit, & iterum delabitur: aliquando etiam ſupra & per ſcrearũ educitur. Atque hæc ſunt ex quibus naturalem, aduentitiam ac innaturalem pulmonis humiditatem cognoſcas & ſiccitatem. Similiter eiuſdem genuinam aut naturalem caliditatem ac frigiditatem, ex magnitudine ac paruitate vocis intelligere licet. Etenim magna vox liberalem, parua anguſtam ſequitur. Habes iterum in externis fiſtulis exemplum; nam parua magnam vocem non edit, ſed paruam. Eſt tamen vbi per magnam parua vox eliditur, quando ſcilicet modicus potiùs quàm multus ſpiritus inflatur. Similiter magna vox nequaquam ſolius arteriæ

Sicci clariorem habent vocem, humidi obſcuriorem.

Probatio à fiſtulis externis.

Altera differentia inter humidos pulmones & ſiccos.

Diſcrimen inter calidos ac frigidos pulmones ex voce.

Secunda probatio per fiſtulas externas.

Quemodo per magnam fiſtulam parua vox elidatur.

arteriæ magnitudine obitur, sed præterea multitudinem spiritus requirit. Atque hîc virtutem sequitur. Sed nec ea tamen per se sufficit, nisi ipsius arteriæ quoque largitas accesserit. Rectè igitur ex magna voce pulmonis caliditatem, quemadmodum ex parua eius genuinam frigiditatem colligimus. Nam sicuti calidum cor magnæ arteriæ, hepar, venæ: ita calidum pulmonem liberalis aspera arteria sequi solet. Multa huius rei sunt argumenta. nam & fœminæ vocem minorem edunt ipsis viris: & pueri rursus ipsis puberibus. Nam in his arteriæ & bronchia eiusdem affatim explicantur, non quòd ipsum corpus arteriæ in se præter modum diffundatur, postea autem laxetur; sed quòd humiditates quæ has partes obsidebant, & quodammodo angustiores faciebant, nunc affatim absorbeantur, aut euacuentur. Sed & ipsa quoque corpora pubertatis tempore affatim calefiunt, & exsiccantur, præsertim frigida & humida, in quibus hactenus calor humido submergebatur. Sunt autem quædam corpora imbecilla, quæ semper eundem tenorem seruant. Qua de causa non statim quæuis naturæ vocem mutant, sed præsertim calidæ & siccæ. Quippe frigidæ admodum & humidæ ferè eandem vocem retinent. Quare & mulieres valde obscurè vocem mutant: frigidæ enim admodum sunt, neque vnquam calor in his admodum emicat. Sic neque eunuchi aut castrati vocem mutant, sed eam semper exilem retinent. Atqui hactenus eo modo de genuina pulmonis temperatura coniectari licet. Neque enim ascititiæ, multò minùs morbosæ, naturalem eius meatum laxare

Mulieres quare vocem minorem ipsis viris edant.

Mulieres quare obscurè vocem mutent.

Similiter & eunuchi.

laxare aut contrahere possunt, nisi cum humore coniunctæ. Nam hæ subinde vocem mutant, aliquando etiam penitus perdunt. Neque homines duntaxat magnitudine vocis aut paruitate differunt, verumetiam lęuitate & asperitate, ac quadam etiam mediocritate. Et quidem ipsam arteriam medio quodã modo sese habere decuit, & aspera quodam modo facta est, vt vox in ea magis articularetur, & spiritus frigiditas nonnihil repercuteretur. Sed rursum hanc asperitatem quadam humiditate oblini oportuit, ne vox omnino dura, sed paulo mitior ac lenior redderetur. Hac enim desiderata non solùm asperitas lacessit, sed & ipsa vox quodammodo clangosa euadit. Nec solùm naturalis, sed etiam, imò magis, innaturalis siccitas hanc leuitatem tollit, quemadmodum & superueniens & externa humiditas vocem leuiorem reddit, aliquando omnino intercipit, aliquando etiam raucam facit. Verùm raucedo diuersas causas habet; nam præter hanc, aliquando frigiditatem, nonnunquam quandam potentiæ imbecillitatem sequitur. Proinde (licet in prioribus commentariis aliter dixerimus) asperitas & læuitas, magis quàm raucedo & asperitas inuicem repugnare videntur. de quibus postea. Nunc reliquas vocis differentias, ex quibus caliditatem & frigiditatem pulmonis, ac similium partium capere possumus, prosequamur. Nam magnæ paruæque voci proximæ sunt grauis & acuta. Quippe & magna & grauis similiter liberalem arteriam postulant. Vnica tantùm est differentia, in graui scilicet spiritum cunctatim moueri: in magna autem vtroque modo.

Arteria quare aspera facta.

Raucedinis diuersæ causæ.

Asperitas & lęuitas magis quàm raucedo & asperitas repugnat.

Aliæ vocis differentiæ ex quibus frigiditas ac caliditas pulmonis capiendæ.

Vox grauis & acuta.

Discrimen vnicum inter magnam & grauem.

Omnis grauis vox magna, sed non contrà.

modo. Quare quis fortè meritò dixerit omnem grauem vocem magnam esse, sed non è contrario omnem magnam grauem. Ita neque omnis parua acuta est, sed ferè omnis acuta parua. Non enim acuta simpliciter per latam, sed angustam arteriam eliditur. Exemplo tibi iterum sunt externæ fistulæ; nunquam enim per angustam paruum sonum simpliciter edere poteris. Dico simpliciter, nam per eandem fistulam nunc paulo grauior, nunc paulo acutior sonus reddi poterit. Quippe acutus affatim exigitur, & viribus indiget. Hinc quoque fit ægros paruam, non autem acutam vocem edere posse. Eadem ferè occasione obtinebimus vitulos grauiorem quodammodo, tauros verò acutiorem vocem emittere. Asperam igitur vocem, leuem, grauem & paruam affectus quidam committere possunt: magnam verò aut peracutā vix vnquam. Atque hæc de pulmone sufficiant.

Hic & omnis ferè acuta parua, non contrà.

Prædictorū rursus per externas fistulas declaratio.

Quare ægri paruam non acutam edere possint.

Quare vituli grauiorem, tauri acutiorem.

NON erit autem nunc necessarium reliquarum similiter partium particularium temperaturam seorsum inquirere; nam sicuti antea diximus, hæ ferè sequuntur indolem viscerum principalium. Sed neque facile est illarum differentias agnoscere, ferè enim in se continentur, neque alibi luxuriantur, quemadmodum & priuatorum hominum priuata vitia intra priuatos parietes continentur & delitescunt: at primatum vitia rem publicam violant, ac nusquam ferè non apparent. Veri tamen, renū, folliculi fellis, & splenis intemperamenta partim propriis produntur excrementis, partim vniuersi corporis habitu, præsertim quæ in morbum excreuerunt, de quibus postea. Nunc

Non esse necesse similiter reliquarum partium particularium temperaturā distinguere.

enim

enim satis multa videmur dixisse de iis quæ sanorum temperaturam discriminant.

Formationis vitia.

SVPEREST in eisdem formationis vitia distinguere. Sæpe enim homines sani sunt, & temperatura pulchrè sese habent, sed quandam imperfectionem conqueritur figura, magnitudo, aut numerus, vel etiam situs. Sed neque horum signa diu multumque oportet quærere, ferè enim oculis patent, non solùm in exterioribus, verumetiam in interioribus. Ita enim & ventriculi, vesicæ, aut uteri magnitudo, figura, situs in macilentis sese foras produnt, maximè si quando impleti turgeant. Et quidem nullum aut in magnitudine, figura, aut situ vitium omni noxa caret. Neque enim paruus ventriculus multa continere potest. Ita vbi ad hypochondria magis inclinat, hepar nonnihil premit. Sed neque ad ilia sine noxa longiùs ab hepate discedit. Minùs hepatis paruitatem agnosces: minùs adhuc quæ in ipso sunt venarum. Sed earum angustiam solerter accipit Galenus ex grauitate, quæ dextrum hypochondrium aliquot horis à cibo multo & crasso tenet. Neque enim id alia ratione fieri apparet, quàm quòd succus sua crassitudine diutiùs inhæreat. Proinde quoque non perpetuò hoc accidens perseuerat, sed donec à calore succus is dissipatus fuerit. Atqui si quid in intestina impingit, nihilo magis dextrum quàm sinistrum offendet, sed inflatio sæpius sinistrum quàm dextrum vexat. Accidens hoc plerosque à multo cibo aut potu inter currendum, aut festinandum occupat. Ita ex frequenti bilis vomitu rectè Galenus colligit meatum qui à felle ad ieiu-

Vitia hæc oculis exposita.

Nullum in formatione vitium omni noxa caret.

Noxæ ventriculi malè formati.

Hepatis aut ipsius venarum paruitatis indicia.

Frequens bilis vomitus quid significet.

num

num intestinum venire debuit, in pylorum aut ventriculi fundum ascendisse. Non enim potest copiosè bilis effundi in ventriculum in corpore pituitoso, vbi vnicus aut maior meatus in iciunum à felle inscritur. Idem dignoscès ex deiectionibus; nam hic eæ frequentes satis, satisque coloratæ, verùm vbi supra ascendit, rariores & dilutæ magis quàm coloratæ. Sed de his omnibus iam satis. Non enim eorum, quæ in primo & secundo de temperamentis libris dicta sunt, nunc volumus conscribere compendium, sed totam methodum, (quæ ibi deficiebat) excisa reliqua saburra, multis illustrare exemplis.

Deiectiones frequentes & coloratæ.

Signa corporum neutrorum.

Ac tantùm quidem de signis corporum salubrium ac citra ægritudinem insalubrium: facilè enim ex iis duobus extremis eluceseet tertia differentia, quæ est inter hæc media, ipsorum videlicet neutrorum. Ob eandem quoque causam neque de signis corporis medij inter sanum & ægrum seorsum multa hîc dicere oportet. Vnica enim est differentia secundum maius & minus, & quòd neutris morbus imminet, aut paulo antè insedit, ægros autem nunc exerceat. Nec opus est super externis morbis longam orationem protrahere, tumoribus scilicet, vlceribus, & reliquis ad formam pertinentibus vitiis. Nam sensu, vtpote visu cognoscuntur, aut tactu; ac locum affectum statim ostendunt. Tantùm materia distinctione indiget. Verùm interiores affectus diu latent, ac illorum indicia longo ordine inuestiganda. Exempli gratia, quòd quis tussiat, non solùm in causa esse poterit ipsum pectus, sed etiam hepar & ipse ventriculus.

Differentia corporis neutri ac ægri.

Externi morbi, vtpote tumores & vlcera, facile cognoscuntur.

Interni non tam facilè sed maiore inuestigatione indigent.

Quare

Quare non ſtatim cognoſces, quænam ex omnibus particulis mali cauſam contineat, nam ſingulæ tuſſim ac difficultatem anhelitus inferre poſſunt. Similiter doleat aliquis capite, nondum cognoſcis, an ipſa affectio primò oriatur ex capite, an fortè longiùs trahat originem ex ipſo ventre. Quod vbi cognoueris, ampliùs inueſtigandum, an ſub cranio, an ſupra, eius cauſa exerceat. Rurſus loco affecto inuento, labores neceſſe eſt, vt ipſum diſcernas affectum, an calidus ſit, aut frigidus, & an à materia ſimili aut diſſimili. Quæ quidem omnia ferè triplici ſignorum genere capietis. Primo ex accidentibus, ſecundo ab excrementis, tertio ab operationibus laſis, quæ non ſolùm locum affectum indicant, ſed ſubinde etiam morbi ſpeciem. Nec erit illi difficile hanc methodum ſequi, qui priorem hactenus bene obſeruauerit. Generale enim axioma eſt, omnem immutationem in accidentibus, operationibus, aut excremẽtis, quocunque modo præter cõſuetudinem ac citra externam cauſam ac momentaneam euenientẽ, minari ægritudinem. Quemadmodũ igitur accidentia, excrementa naturalia & pro cõſuetudine affecta ſanitatem oſtendunt: ita præter naturam qualitercunque euenientia ægritudinẽ prænunciant. Nam ſi nubes demonſtrant tempeſtatẽ ac pluuiam; quid mirum in corpore præcedentes quaſdam ſeditiones præſagire morbos? Intelligo autem nunc per accidentia, quæcumque aliquo ſenſu capiuntur, tactu, viſu, guſtu, ſapore aut odore; inflammationes dico exteriores, dolores, & id genus alia. Iam nec ſolam ægritudinem minantur, quæ in peius, ſed etiam

Signa morborum triplicia.
Accidentia.
Excrementa.
Operationes.

Generale axioma.

Signa futuræ ægritudinis.

Quæ hîc per accidẽtia intelligamus.

Non ſolùm ægritudinem minãtur quę in peius, ſed etiam quæ in melius mutantur.

quæ in melius permutata videntur; nam præcipitem naturam significant, nec diu quieturam. Hæc eadem signa grauiùs affecta non amplius futuram, sed iam præsentem ægritudinem denunciant, etenim specie omnia eadem, duntaxat magnitudine differunt. Exemplum est manifestum: nam qui naturaliter sitiunt, siccitatem consuetam in ventriculo conqueruntur. Sunt qui absque omni alia causa externa plus sitiunt, & morbi suspicionem ostendunt. Quòd si intolerabilem sitim præter naturam patiantur, morbum iam iam adfuturum significant. Videbamur autem iam omnem difficultatem soluisse, cùm tamen restet adhuc scrupulus vnus atque alter. Primus est, vnum & idem symptoma subinde ex diuersis oriri locis. Sic diximus magnam sitim sæpius ventriculi, aliquando hepatis, pulmonis, aut cordis sequi intemperiem. Sed hoc antea distinximus. Similiter tussis non solùm oritur ex pectoris inæquali intemperie, verumetiam ex insignioribus tumoribus ipsius hepatis ac splenis. Distingues facilè ex eo quòd hæ ferè siccæ & diuturnæ: illæ autem aut temporariæ, aut tandem saltem humidæ. Ita sanguis nunc è renibus, laxato tantùm panniculo procedit: cum dolore verò euidenti ex vesica. Ac talis nos profectò quotidie fatigat inquisitio. Sed neque hîc subsistit: nam vt cognoueris tussim hanc aut anhelitus difficultatem soli pectori referendam esse, nondum tamen cognoscis quænam ex omnibus eius particulis causam mali contineat: singulæ enim tussim mouere solent. Sed materia in pleura punctilem dolorem suscitat, in pulmone maiorem

Signa præsentis ægritudinis.

Aliæ difficultates.

Prima.

Magna sitis diuersas sæpe sequitur causas.

Similiter tussis.

Solutio primæ difficultatis.

Sic & sanguinis eruptio variis fit de causis.

Alia difficultas ex parte affecta.

Solutio secundæ difficultatis.

Vtrgu-

anguſtiam, in ſepto tranſuerſo delirium. In pectoris autem ſpatio non colligitur ferè niſi quod ſuppuratum eſt. Similiter omnes facilè cognoſcunt dolorem capitis: ſed difficile eſt diſtinguere partem capitis dolentem. Alius enim in interioribus, alius in ſuperioribus membranis inſidet. Atque hunc tactu deprahendes: ille autem ſæpe ad ipſos oculos extenditur. Nec fruſtra hæc inquiruntur, tanquam ad ſolam contemplationem ſpectarent; nam & ad curandi rationem plurimùm conferunt. Nam ſuperioribus doloribus medicamenta conueniunt externa: interioribus verò ſub cranio magis interna. Species etiam morbi affectam partem prodit. Neque enim delirium quamuis particulam conqueritur, ſed ipſam cerebri ſubſtantiam: apoplexia ipſos ventriculos, poſteriorem ſcilicet ac medium: ſtupor ſenſuum priorem cerebri partem, quemadmodum imbecillitas motus poſteriorem. Sed neque omnia hæc ſufficiunt, ſed alius adhuc ac prioribus maior reſtat labor. Nam ob eandem curationis diuerſitatem oportet dignoſcere, num dolor ipſi capiti inſideat, an fortè aliunde aſcendat. Nam aliquando in ipſo capite eius cauſa exiſtit, aliquando à ventre aut etiam vniuerſo corpore ſubleuatur. Atque hîc primùm debes inquirere, quænam partes magnum, quæ mediocrem, quæ rurſum paruum cum aliis conſenſum habeant. Nam ventriculi cum corde & cerebro, & è conuerſo, conſenſus eſt maximus: cum hepate mediocris, & cum aliis quibuſdam omnino exiguus. Sed & in horum notitiam quibuſdam ſignis deuenimus. Nam quando materia

Præcedens inquiſitio plurimùm confert ad curandi methodum.

Alia diſtinctio partis affectæ ex morbi ſpecie.

Delirium cerebri ſubſtantiam affectã indicat:

apoplexia ipſius ventriculos.

Stupor ſenſuum prioré cerebri partẽ ac motus imbecillitas poſteriorem,

Tertia difficultas.

Ventriculi cum corde & cerebro maximus conſenſus,

cum hepate mediocris,

cum aliis exiguus.

Solutio tertiæ difficultatis.

aliunde deriuatur, ferè per breuiora interualla dolor recurrit. Sic delirium cũ febre, grauitas capitis ex ipso cibo, non statim omni, sed concoctionis difficilis. Secundum signum ex ipso capies tempore; nam ferè suspectus est venter aut hepar, vbi illorũ error capitis dolorem præcesserit. Atque hîc frustra multa capiti circumscribis remedia; nam debentur ventriculo aut hepati, quamdiu in illis vitium fuerit: etenim hoc tempore peculiarem curationem postulat. Si ergo primarium affectum distingues à secundario, id est, eum qui in ipsa parte gignitur, ab eo qui aliunde generatur. Postquam iam cognouerimus partem affectam, non erit difficile cognoscere affectus differẽtiam, quòd consistat ex diuersitate ipsius loci & differentia qualitatis morbosæ. Quod ex iisdem omnino accipitur signorũ generibus, ex quibus locus affectus. Nam excrementa magis attestantur diuersitati affectuum quàm locorum: alia enim in affectu frigido, alia in calido, alia in humido & sicco. Nec minùs variant ipsa accidentia, modò affectus fuerit diuturnus; nam in temporariis minùs apparent. Quare pro iis in huiusmodi affectibus operationum noxas magis consulere oportet: semper enim harum varietas qualitatum varietatem imitatur. Aliter enim eandem cerebri partem afficit frigiditas, aliter caliditas. Sed restat in singulis partibus hanc methodum ostendere, incipientes sicuti nuper fecimus in referendis intemperaturis ab ipso capite.

Primum signum, quo dignoscitur affectus primarios à secundario. Secundum signum.

Vnde dignoscatur affectus differentia.

Excrementa declarant affectus magis quã loci diuersitatẽ. Similiter & accidentia Operationes læsæ.

NEQVE hîc adeò multa sunt signa, quæ singulis in eo partibus sunt communia, sed alia

Signa varia, capitis varias partes affectas demonstrantia.

venas,

venas, membranas & arterias affectas ostendunt: alia ipsum cerebrum. Rursus alia ipsius cerebri substantiam: alia ipsius ventriculos. Iterum alia priorem cerebri partem: alia posteriorem: alia vtramque. Alia iterum & cerebri corpus & ipsius ventriculos, sed nunc hos magis, illud autem minùs. Verbi gratia, dolor capitis nequaquam singulas eius partes suspectas facit, sed duntaxat membranosas; nam corpus cerebri exanime est, omniq. sensu destituitur. Sunt autem hæc membranosa corpora duplicia; alia supra cranium, alia infra. Et rursus doloris diuersitas hæc distinguit; nam qui in superioribus residet, tactu exploratur: verùm qui in inferioribus ac interioribus, ad oculos vsque deriuatur, ac frequenter sensus infirmat, adeò vt neque sonitum neque lumen ferant. Quòd si reliquos sensus minùs offendat, ex eo est quòd crassiores existant: & tamen aliquando quoque lædit, vt quando cum vertigine quadam affligit. Sed rursus hic dolor magis ex arteriis, quàm membranis oritur, atque adeò omnino hîc maior anxietas, quàm doloris difficultas. Ampliùs dolor qui supra cranium fatigat, leuior est, cephalalgia dicta. Sed qui inferiores membranas obtinet, pertinax est, & minima ex causa recidit, aut exacerbatur. Ac quando totum caput detinet, cephalea: vbi autem dimidium, hemicrania appellatur. Ferè autem ex calida causa oritur; nam frigida materia hîc magis obstupefacit, aut grauitatem magis, quàm punctionem adfert. Sic & ex ipso cerebro affectus magis est tolerabilis quàm securus. Et quidem maximè is qui in postremum ventricu-

Capitis dolor membranas affectat demonstra.

Cerebri membranæ duplices.

Interiores an exteriores membranæ sint affectæ, dolor distinguit.

Similiter nũ membranæ an arteriæ affectæ sint.

Secunda distinctio doloris supra cranium & infra cranium.

Cephalalgia.

Cephalea.

Hemicrania.

Cerebri affectus magis tolerabilis quã securus.

lum, aut medium incidit. Spiritū enim animalem extinguit, qui hoc ex loco exurgit, ac ſenſum ac motum reliquis partibus largitur. Adeò vt Galenus hac ratione dixerit hîc reſidere ſenſum & motum: in ſubſtantia verò cerebri ipſam mentem, id eſt, intellectum, phantaſiam, at memoriam. Proinde etiam hoc in loco ſenſu & motu abſtinet, ſed interim aliquam aut omnes mentis potentias conuellit. Argumento melancholia, ſtultitia, phrenitis, inſania. E contrario in immodico ſomno & vigilia magis videntur affici ipſi ſpiritus; nam in hac ſenſus violantur, in illo autem obtunduntur, nihil interim patiente intellectu. Profectò ſopor magis ad cerebri ventriculos, quàm ipſius ſubſtantiam pertinere appâret. Nam hîc ſenſus & motus plurimùm patiuntur; intellectus verò parum: quippe excitati ad ſingula reſpondent. Quòd autem ipſa epilepſia vẽtriculos magis ſuſpectos habeat, quàm ipſum cerebrum, Galenus dixit. Neque id ego aliunde captare poſſum, quàm quòd epilepticis citiùs intellectus redeat, quàm ipſe ſenſus aut motus. Sic & in vertigine. E contrario in lethargo magis videtur læſa cerebri ſubſtantia, quàm eius ventriculi. Inſigniter autem & ipſam ſubſtantiam & ipſos ventriculos occupat apoplexia. Multò autem promptiùs agnoſces, quando prior, quando poſterior cerebri pars offendatur; nam in illa ſenſus, in hac verò motus reſidet. Quare rectè admodum Galenus catalepſim & catochen, id eſt, congelationem & vigilantem ſoporem ad poſteriorem partem retulit, quòd in his magis motus quàm ipſe ſenſus afficiatur. Rara tamen eſt affectio quæ

priorem

In cerebri ventriculis reſidet ſenſus & motus, in ſubſtantia verò ipſa magis mens.

Melãcholia, ſtultitia, phrenitis, inſania.

In ſopore magis afficiũtur ventriculi cerebri, quàm ipſius ſubſtantia. Similiter in epilepſia.

In lethargo magis ipſa cerebri ſubſtantia.

In apoplexia & cerebri ſubſtantia & ipſius ventriculi.

Quãdo prior quandò poſterior cerebri pars offendatur.

In catalepſi & catoche magis poſterior cerebri pars lædituꝛ. Rarò prior

priorem cerebri partem appræhendat, & à poſte-
riore abſtineat. Aliquando tamen contingit ſen-
ſum, guſtum, & olfactum ſimul perire aut pari,
nihil interea patiente motu: atque id frequenter.
Nam ſenſus affines ſunt, & ex iiſdem ferè locis
deriuantur. Quòd ſi magis affatim afficiatur hæc
pars, iam etiam viſus aliquid patietur. Iam credo
nequaquam à me exſpectabitis aliam morborum
diſtinctionem ex diuerſitate qualitatum aut ma-
teriæ; nam potentia hæc ferè dicta. Sufficit admo-
nuiſſe, plerumque caliditatẽ multam operationes
vitiare: frigiditatem verò imminutas reddere. Ita
cerebri caliditas delirium inducit, frigiditas autem
ſtuporem. Neque id tamen perpetuum; nam ne-
quaquam ſola melancholia, ſed & ſtultitia intelle-
ctum violat. Voco autem nunc ſtultitiam, non
ſtatim omnem iniquam ratiocinationem, ſed eam
quæ manifeſtè abſurda colligit, contra commu-
nem hominum ſenſum.

pars lædirur ſine poſterio re.

Excellens caliditas operationes vitiat: frigiditas diminutas reddit.

Caliditas delirium, frigiditas ſoporẽ infert.

Stultitia.

BREVIORI compendio cognoſcentur cordis
morbi: rara enim eorum natura, ac rarior eorum
dem fortuna. Et quidem illorum natura rara du-
plici de cauſa. Imprimis, quòd partes cor conſti-
tuentes paruo admodum ſint numero, atque
omnes ferè eiuſdem rationis, præter panniculum
qui ipſum ambit. Iam rariſſimus hic morborum
eventus: rarò enim panniculus iſte tubercula con-
trahit: rarò cordis caro: rariùs adhuc ipſius ventri-
culi tumorem, aut malignam materiã concipiunt.
Non eſt enim viſcus magis nobile, quodque aliis
partibus magis ſit munitum. Sed neque immate-
rialibus morbis multum ſubiectum: rarò enim,

Cordis affectus.

Cordis morborum rara natura.

Rariſſimus ipſius morborum eventus.

Cor omniũ aliorum viſcerum nobiliſſimum, maximeque munitum.

Similiter neque immaterialibus morbis cor frequenter laborat.

vtpote calidissimum, in nimiam frigiditatem labitur: rarius in humiditatem, vtpote propemodum siccum. Solis autem calidis & siccis morbis obnoxium: & quidem sicci ferè cum hectica febre fiunt, ac nunc pulmonis exulcerationem, nunc cordis aut aliorum viscerum procul positorum sequuntur siccitatem, aut inflammationem. Caliditas frequens est, ac proditur pulsu ac anhelitu. Nam si naturalis intemperatura hæc variat, multò maiorem varietatem morbosa adferet. Quare & ipsius pulsus nonnihil immutabit, nunc in maiores, nunc in velociores aut frequentiores: nunc in his contrarios. Nunquam tamen hæ intemperies, quamtumuis maximæ, tremorem siue palpitationem, defectum animi, aut cardiacam inferent, quamdiu per cordis adhuc carnem sparsæ, nec adhuc ipsius ventriculos obsederint. Etenim in his ipsius animi præcipuum robur, cùm & calor naturalis & spiritus in eis habitent. Sed nec quæuis magnæ temperaturæ hæc possunt, sed magis genuinæ. Non enim sicuti intemperaturæ, ita spiritus subitò corrumpi & prodi possunt. Verùm naturales intemperaturæ, aut paucos gignunt, aut paruum firmos, aut ex quacumque occasione subitò perituros. Ac rursum id magis calidis quàm frigidis temperaturis accidit. Etenim citra venenum vix vnquam eousque cor refrigerari potest. Sed & cor vbique ferè luxuriatur calido citiùs quàm frigido. His attestatur quòd eiusmodi homines vnum ex his tribus incurrant: aut enim subitò moriuntur, aut febre acuta: aut tabe vitam finiunt. Quòd quidem subitò moriantur, hinc magna

virtutis

Solis calidis & siccis morbis expositũ.

Sicci ferè cũ hectica febre coniungũtur.

Cor sæpe excedit in caliditate, quæ pulsu percipitur ac respiratione.

Intéperaturæ cordis quàndo palpitationem inferat.

Calor naturalis ac spiritus in cordis ventriculis residet.

Naturales cordis intemperaturæ maximè palpitationem adferunt ac magis calidæ quà frigidæ.

Cor citra venenum vix in tantum refrigerari potest, vt cardiacam adferat.

Qui multũ calido sunt

virtutis imbecillitas significatur, quæ nihilominus caliditatis quàm frigiditatis excessum sequitur. Quòd verò contabescant, aut in acutas incidant febres, eò manifestiùs adhuc caliditas declaratur; nam ferè calidi soli in hos morbos propensi. Atque hactenus quadam ratione cordis affectus ex vitalibus operationibus, aut earundem defectibus cognoscamus, demonstrauimus. Non licet eosdem distinguere ex operationibus moralibus; nam hæ magis mordicus sequuntur semina naturalis temperaturæ, quæ vix vnquam penitus eruuntur. Vnde mores etiam ferè non nisi sub finem mutantur. Certiora igitur habebimus signa ex accidentibus, fortè totius corporis colore. Nam quemadmodum hepar humores generat & affundit: ita cor in vniuerso corpore vehementer eos mutare potest & alterare. Dolor autem parum hîc confert, quòd in solo panniculo is suboriatur, qui tenuissimis quoque morbis vel internis iniuriis afficitur. Ac hæc de corde.

corde aut subitò moriuntur, aut febre acuta, aut tabe.

Cordis affectus non distingui ex operationibus moralibus quemadmodum vitalibus.

Sed magis secundo dignoscūtur ex accidētibus.

Dolor quoq. parum facit ad dignoscendos affectus cordis.

SIMILITER autem & ipsum hepar ex ipsius lęsis operationibus affectum intelligitur. Est autem primum eius munus, sanguificatio: secundum, sanguinis generati distributio: tertium, excrementorum expurgatio. Sanguificationis autem errorem statim deprehendes ex vrina; nam vbi natura sanguinem minùs quàm conuenit, concoquit, statim ea dilutior apparet: vbi verò multa caliditate eum corrumpit, ferè biliosa redditur. Tandem etiam idē discernes ex corporis habitu, aut eiusdem colore: nam non potest diu vitiatus esse sanguis, & ipsa constare caro. Vitiat eundem colorem, segnis

Hepatis affectus indicia ex operationibus læsis.

Tria hepatis officia.

Sanguificationis vitium habetur ex vrina.

Vrina dilutа infirmæ concoctionis signum.

Biliosa calidi hepatis indicium.

Sanguificationis secundum signum ex corporis habitu, aut eius colore.

Vitiat etiam corporis co-

Iorem segnis excrementorũ expulsio. Sed is color tẽpore facilè distinguitur ab eo, qui sanguificationis vitium comitatur.

excrementorum expulsio: siue bilioſus ſuccus in vniuerſo corpore aberret, ſiue melancholicus. Sed diſtinguet facilè tempus; nam excrementorum in corpus regurgitatio ſtatim habitum vitiat: alterationis verò error aut imporentia, longo poſtea tempore. Defectum digeſtionis, aut diſtributionis,

Sanguinis generati imperfecta distributio vnde cognoscatur.

partim ex totius corporis tabe cognoſces: partim ex ea quæ per ventrem fit diſtillatione. Neque enim venter poteſt conſtare & eſſe ſiccus, vbi hepatis impeditur digeſtio. Atque hæc ſunt quæ

Signa morborum materialiũ ipſius hepatis.

produnt morbos immateriales, hoc eſt, ſimplices intemperaturas. Morbos autem materiales

Grauitates & tumores ac dolores è regione hepatis.

eiuſdem viſceris produnt grauitates & tumores. Dolor præterea in iis locis, qui nonnumquam ad iugulum vſque extenditur, vbi tumor videlicet in vehementem magnitudinem excreuerit. Eadem quoque ratione anhelitus difficultas &

Anhelitus difficultas & tuſſis.

tuſſis ſuccedit.

Ventriculi affectus indicia.

VENTRICVLI affectus etiam à vulgo cognoſcuntur; nam qui aut non appetunt, aut parum concoquunt, ventriculum rectè accuſant. Sic etiam

Ex appetitu & concoctione.

qui alienum appetunt aut inſolitum. Et quidem appetitus errorem aut caſum per ſe agnoſcunt homines: concoctionis verò imbecillitatem aut infelicitatem aliis quibuſdam expiſcantur, accidentibus ſcilicet, quòd vel dolorem patiantur à cibo,

Appetentiæ defectus per ſe cognoſcitur.

Cõcoctionis imbecillitas ex dolore à cibo, inflatione, eructatione aut alijs.

inflationem, fluctuationem, eructationem, nauſeam, aut vomitum. Nam aliquando omnia, nonnunquam multa, ſæpe vnum ſequitur aut alterum. Et nihil quidem iſtorum eſt, quod non ſignificet cibum à ventriculo ægrè ferri. Sæpe homines à cibo grauantur ſtatim: quorum alij mox cibum

reiiciunt:

reiiciunt: alij paulo poſt. Priores ſtomachum omnino mollem & infirmum habent : poſteriores paulo firmiorem, quocirca nequaquam ſtatim acceptum cibum reiiciunt, ſed poſtquam concoqui cœperit. Hîc enim inflatio quædam ſuboritur, quæ cibum leuat & effert, ſicuti & ventus multa funditus turbat ac eleuat. Itaque hîc magis delinquit frigiditas : illic verò humiditas. Quòd ſi minor imbecillitas fuerit, ſola nauſea ſequitur: aliquando etiam ſoli ructus, inter quos acidi frigiditatem, putridi caliditatem arguunt. Sunt etiam qui citra vllum cibum nauſea, ructu, aut vomitu turbantur, humoribus ibidem natis, aut aliunde collectis. Sed hos à prioribus facilè diſtingues, quòd hi omnem mutationem alimenti contemnant, nec ſolùm à cibo, ſed etiam ante eum euenjant. Atque hîc manifeſtiùs depræhendes affectus ſpeciem, ex ſpecie eorum quæ euomuntur. Sed neque pars affecta diu latêre poteſt. Nam quæ euomuntur, in ventris ſpatio natant: nauſeam mouent, quæ adhærent: ſingultum excitant, quæ in ipſis tunicis continentur. Sed neque iam ex ſolis ſuperioribus, verumetiam inferioribus tempeſtatibus ventriculi infelicitatem cognoſces. Nam citra vllum ipſius hepatis vitium, & tardior & volubilior venter, ventriculum ſuſpectum reddit. Quippe tardiores concoctiones, tardior excretio ſequitur. Nec poſſunt conſuetum tempus anticipare, niſi retentrix facultas fuerit imbecillior, aut alia quæpiam in ventriculo aut inteſtinis procax cauſa.

Vomitus.

Inflatio.

Nauſea.

Ructus.

Quidã etiam nullo aſſumpto cibo, nauſea, vomitu, aut ructu infeſtantur.

Horum à prioribus diſtinctio.

Affectus ſpecies ex differentia eorum quæ euomũtur.

Similiter & pars affecta facilè cognoſcitur.

Vomitus, nauſeæ, & ſingultus ex parte affecta differentia.

Ventriculi affecti indicia ex deiectionibus.

Tardiorem concoctionẽ tardior excretio ſequitur.

Pectoris affectus indicia.

IAM quemadmodũ vomitus, nauſea, ſingultus, ventri-

ventriculi affectus indicant: ita quoque tussis, saltem per consensum ipsius pectoris, sed differenter. Nam tussis sine discrimine omnes pectoris particulas accusat, sed interim eas distinguet dolor. Nam vbi ea oritur ex membranis, musculis, maior erit dolor: vbi verò ex ipso pulmone, maior angustia. Iam & membranarum diuersitatem determinat locus in quo est dolor. Nam dolor in latere pleuram: in medio autem pectoris septum transuersum: circa fauces verò asperam arteriam affectam demonstrat. Accedit, dolorem in iugulo promptè strangulare: alibi verò diutius mortem prorogare. Distinguunt etiam locum affectum, diuersæ excrementorum phantasiæ. Sic sanguis niger & concretus thoracem affectum declarat: recens autem pulmonem. Ita bronchia minora ex pulmone: maiora (quod rarũ est) ex arteria procedũt. Similiter vox affecta nihilo minus pulmones quàm arteriam affectam declarat. Sed distingues: nam vbi pulmo affectus, tussis præterea sequitur & difficultas respirandi: vbi autem sola aspera arteria morbum sustinet, sola vox patitur: ac nunc rauca est: nunc parua & exilis, aliquando omnino intercepta. Nam & alibi fistulæ admodum laxæ & humidæ aut nullam aut obscuram edunt vocem. Quòd si labor, aut frigus in causa fuerit, hoc ex aliis, præsertim quæ præcesserunt, oportet distinguere. Similiter renum & vesicæ morbos agnosces. Primò ex accidentibus, quibus continentur dolores, tumores. Secundò, ex operationibus læsis. Tertiò, ex ipsis excrementis. Et quidem vesicæ aut renum vitia vrina prodit: vteri autem affectus, menstrua,

Tussis pectus affectum arguit sine partium discrimine.

Tussis quando sequitur membranas aut musculos affectos cum maiore dolore est: quando autẽ pulmonem, cum maiore angustia.

Excrementa quoq. locum affectũ discriminant.

Sãguis niger ex thorace, recens é pulmone reiicitur.

Bronchia minora é pulmone, maiora ex arteria.

Alia signa ex voce affecta.

Renum & vesicæ affectuum indicia similiter triplicia.

Accidentia.

Operationes.

Excrementa.

Vrina super morbis renũ ac vesicæ.

menſtrua, & reliqua quædam quæ ad defectum animi & difficultatem reſpirandi pertinent. Sic & in aliis partibus morbos quidem calidos & frigidos facilè deprehendes, humidos verò aut ſiccos difficiliùs. Nam calidos ac frigidos ferè grauis comitatur dolor: humidos autem & ſiccos obſcurus, ac duntaxat inſolentia quædam ac moleſtia. Diuerſitatis ratio eſt, quòd caliditas ac frigiditas affatim agunt: humiditas autẽ & ſiccitas paulatim.

Menſtrua ſuper affectibus vteri.

Calidi ac frigidi morbi facilius cognoſcuntur humidis ac ſiccis.

Ac tantum de ſignis corporum ægrotantium. Conſequens eſt etiam ſuis ſignis diſtinguere neutra. Ita appello non quidem ea, quæ media ſunt inter temperatum & intemperatum, ſed inter ſanum & ægrum. Ac talia ſunt corpora ſenum in ſecunda ſenectute, conualeſcentium, atque breuiter ægrotaturorum. Atque horum quidem ſigna iuxta varios ſuos reſpectus, varias patiuntur nomenclaturas. Imprimis neutra, quia neutram & mediam conſtitutionem ſignificant. Verùm quia eadem diſpoſitio generaliter ſub ſanis continetur, aliquando etiam dicuntur ſalubria. Et tertiò etiam inſalubria dicuntur quatenus morbum minantur aut ægritudinem. In prȩcipite enim eorum ſanitas, nec diu cõſtare poteſt, niſi eam ſuffulciat medicus. Non capiuntur autem hæc ſigna ab aliis generibus quàm ſalubria, ſed omnino eiſdem, nunc quantitate, qualitate, tempore, differentibus: aliquando etiam tota ſpecie. Ita vt auſpicemur à naturalibus, & maior & minor appetitus ſolito, ſanitatem ventriculi præcipitem oſtendit: atque hic caliditatem; ille frigiditatem accuſat. Similiter qui nunc calidiùs ſolito appetit, ſuſpicionem frigidæ intemperaturæ

Signa neutra.

Corpora neutra quæ ſint.

Signa neutra quare dicantur.

Eadem neutra etiam dicuntur ſalubria

Sic & alia ratione inſalubria.

Signa neutra eiuſdem generis cum ſalubribus.

Maior aut minor appetitus ſolito ventriculi morbum minatur.

Similiter appetitus calidioris aut frigidioris cibi.

raturæ exhibet, quemadmodum qui frigidiùs, calidæ. Sed neque citra ſuſpicionem quenquam maturiùs aut ſeriùs cibum appetere. Et quidem vtriuſque multiplex occaſio eſſe poteſt. Nam quòd ſeriùs quis appetat, aliquando in cauſa eſt ſegnis concoctio, aliquando laxior caliditas, aut ſimplex, aut cum putredine coniuncta. E contrario præcocior appetitus, ſæpe frigiditatem arguit. Atque hoc rarum eſt, quemadmodum illud frequens, quòd quidam vel manè ſitiant, quibus ægrè admodum ipſa in ventre procedit concoctio. Iam neque his tota continetur neutralis ſtomachi diſpoſitio. Sunt qui præter naturam abſurda appetant, & tamen meliora ferant. Sunt & his contrarij qui meliora omnia faſtidiant, quæ nequaquàm ampliùs inter neutra cenſentur corpora, ſed ægra, atque magnum aliquem exceſſum arguunt, aut humiditatis, caliditatis, frigiditatis, vel ſiccitatis. Eadem ſigna neutra in concoctione inuenies & excretione. Nam minores deiectiones (circumciſis reliquis accidentibus) aut auaram aliquam hepatis caliditatem arguunt, aut inteſtinorum ignauiam, quæ partem expellunt, partem retinent. Sicuti è contrario copioſiores ignauiam ipſius hepatis, aut malam concoctionem ipſius ventris declarant. Nam quantò minùs cõcoquitur alimentũ, tantò magis exuperat ipſum excrementũ. Aliquando in cauſa etiam eſt mordacitas aliqua in ventre, aut eiuſdem lubricitas. Idem ferè indicant deiectiones præcociores: ſicuti è conuerſo tardiores ferè concoctionis tarditatem accuſant. Nam ſemper debet inuicem eſſe quædam concoctionis & excretionis proportio.

Sic & appetitus maturiór aut ſerior. Vtriuſque diuerſæ cauſæ.

Quare nonnulli manè ſitiant.

Alia ſigna neutra ab appetitu.

Supradicta ſigna neutra etiam in concoctione & excretione.

Deiectiones pauciores.

Deiectiones copioſiores.

Alia cauſa deiectionis copioſioris.

Deiectiones præcociores & tardiores.

Haud

Haud ſecus ſeroſiores aut dilutiores, & aſperiores ventris ſanitatem in præcipite oſtendunt, quippe hæ caliditatem, illæ verò frigiditatem ventris ſequuntur. Maximè autem ventrem ſuſpectum reddunt excrementa præter naturam, nec tamen antea ægritudinem ſignificant, quàm multam in ventre ſeditionem aut turbam mouerint. Tales vermes, lapis, calculus, crines, carbones. Ita & inter accidentia præter naturam multa numerantur, præſertim ipſe dolor: ſed de iis poſtea. Nunc reliqua, quæ ad ventrem attinent, præſertim eius concoctionem proſequamur, vbi inuenies ructus, nauſeam, vomitum, & per inferiorem partem flatus. Quorum nullum ſtatim ægritudinem ſignificat, ſed poſteaquam in magnitudinem excreuerit, & manifeſtè opus ventris interceperit.

Similiter dilutiores aut magis tinctę.
Excrementa præter naturam maximè ventriculum ſuſpectum faciunt.
Tales vermes, lapis, crines, carbones.
Accidentia præter naturam.
Reliqua ſigna ſecuta ex ructu, nauſea, vomitu, & per inferiorem partem flatibus.

Proximvm eſt excrementum hepatis, quod decidit per veſicam; nam & huius exorbitario hepar ſuſpectum facit, in quamcumque etiam partem euariarit. Nam ſicut largior ipſius ventris deiectio: ita copioſior vrina ſæpe hepatis opus infirmum demonſtrat. Antea enim dictum eſt, & hîc & alibi excrementum eſſe copioſius, cuò concoctio fuerit negligentior. Sic & in cachecticis, & quibus hydropiſis imminet, ſæpe antea copiosè vrina defluit, & poſtea omnino ſubſiſtit. Pauca vrina, aut renes accuſat, aut anguſtam hepatis infarctionem. Sed & quando maturat aut tardat, nonnihil ſuper hepate conqueritur. Magis autem hepar ſuſpectum facit immutatus vrinæ color: & quidem dilutior frigiditatem rubicundior verò caliditatem declarat. Iam & ſubſtantia mutata aliquid

Excrementum hepatis.
Sicuti feces ſuper ventriculo: ita vrina ſuper hepate ſignificat.
Quò concoctio infirmior, eò excrementum copioſius.
Paucum lotium quid ſignificet.
Quid quando feſtinat aut tardat.
Magis hepar ſuſpectum reddit vrinæ inſolitus color.
Similiter & ſubſtantia mutata.

aliquid mali præsagit. Nam quod admiratione dignum, tam tenuior, quàm crassior soliro, clam hepatis frigiditatem accusat. Non enim in solis senibus diluta est, sed & in pueris crassa. Omnium autem maximè in vrina perpendenda ipsa hypostasis; nam & maior & minor pro consuetudine, quandam cruditatem præsignificat: & maior quidem semper frigiditatem, minor verò aliquando caliditatem. Distinguet color; nam caliditas vrinam tingit, frigiditas autem diluit.

In senibus vrina diluta, in pueris crassa.

Omnium maximè perpendenda in vrina ipsa hypostasis.

IAM neque tertium excrementum in vniuerso corporis habitu collectum, est negligendum, quod sudorem appellant. Nam & hîc siue copiosior aut paucior præter consuetudinem fuerit, morbum minatur. Dixit enim *Hippocrates, sudorem nocturnum absque manifesta causa purgationem expostulare. Sed & qui præter consuetudinem retinetur, aut humoris crassitiem, aut corporis densitatem significat.

Tertium excrementum vniuersi corporis.

Sudor maior aut minor solito morbũ minatur.

* *Aphorismorum 4. aphorismo 41.*

Sudor retentus.

NVNC hjs adiicienda quoque sunt excremẽta particularia, & quæ per vterum; & quæ per hæmorrhoides reiiciũtur. Non enim simplex, sed ferè duplex malum enunciant, ac alterum sequuntur, altẽrum minantur. Etenim præter consuetudinem retenta, aut vasorum angustiam, aut humorum insolitam crassitudinẽ sequuntur. Cui iam malo aliud quoddam grauius imminet, nam detentæ hæmorrhoïdes, hepati, pulmoni, cerebro, aut vniuerso corpori malum parant. Sic suppressa diu menstrua quodammodo calorem sua frigiditate & multitudine strangulant, ac corpus vniuersum decoloratum reddunt. Non minùs miraberis horum diu-

Excrementa particularia.

Menstrua.

Hemorrhoides.

Menstrua aut hæmorrhoïdes retentæ quid significent.

turnas

turnas euacuationes, aut magnam corporis imbecillitatem, aut sanguinis bilioſi procacitatem ſignificare, & tamen frigidos tandem morbos gignere.

Menſtrua diu profluentia quid ſignificent.

ANNVMERANDA veniunt vltimò excrementa quæ per nates, palatum, aut oculos deſcendunt; nam & hæc aliquid ſignificant. Itaque ea retenta iterum aut anguſtiam, aut humorũ craſſitudinem vel eorundem multitudinem ſignificant. Quæ verò præter conſuetudinem multis continuis diebus copiosè profluunt, magnam, eamque ferè ex frigiditate cruditatem cerebri arguunt. Adieci autem Multis continuis diebus; nam nonnumquam aliquot diebus caput iucundè expurgant. Verùm huiuſmodi purgationes non diu perſiſtunt. Hoc modo & hæmorrhoïdes & vterus aliquando affatim vniuerſum corpus liberant.

Excrementa narium, pali, oculorum.

Hæc excrementa retenta quid ſignificent.

Præter conſuetudinem diu profluentia.

IPSIS ſignis ab excrementis deſumptis, proximè accedũt, quæ ex Venere ſumuntur. Nam præter conſuetudinem ignaua, frigiditatem; ſupra modum alacris, flatulentam quandam caliditatem ſignificat; nam quæ frigida eſt, in ventre moratur ac ſubſiſtit, nec aliquam ad obeundam Venerem vim obtinet. Atque hæc de ſignis neutris ex operationibus naturalibus deſumptis ſufficiant.

Signa ex Venere deſũpta.

Venus ignaua.

Supra modũ alacris.

SEQVVNTVR animales, quæ abolitæ, aut diminutæ ferè frigiditatem demonſtrant; deprauatæ verò ſubinde etiam caliditatem. Ita ſomnus multis turbatus inſomniis potiùs caliditatẽ quàm frigiditatem arguit. Atque hæc ad phantaſiam ferè pertinẽt; nam hæc, vt alibi diximus, pluſquam intellectus aut memoria corporea exiſtit.

Signa ab operationibus vitalibus.

Sõnus multis perturbatus inſomnius caliditatem arguit.

Phantaſia magis quàm intellectus aut memoria corporea exiſtit.

SVPERSVNT ipſa accidentia, quæ aliquando

Signa neutra ab accidentibus.

quantitate, aliquando qualitate, nonnunquam tota ſpecie immutantur. Ita color nunc albior, nunc pallidior, rubicundior, aliquando nigrior, nonnumquam omnino variat, & pro albo rubicundus, pro nigro flauus apparet. Nec debent nos leuiter terrere hæc ipſa accidentia: non enim ſolos humores, ſed & ipſa quoque ſolida aliquando immutata ſignificant, cum maximo totius temperamenti diſcrimine. Sunt & alia quædam accidentia toto ſcilicet genere præter naturam, è quorum numero dolor eſt, quacunque ratione inciderit. Et ſit quidem magis materia mota quàm quieta, quòd motus vbique vim adferat, ac nuſquam euidentiùs quàm in ſtomacho, ventre, aut inteſtinis, quòd hæ partes magis ſenſiles. Hoc modo & veſicam magis exercet lapis, tempore quo vrina redditur quàm alio, quòd ſimul cum lotio is moueatur. Sed quorſum has partes adfero, cùm ferè nulla alia doloris ſit expers, ſed hæc nunc quadam inæquabilitate afficiatur, alia mordeatur, tertia quaſi graui quodam pondere prematur, quarta tendatur, quinta quodammodo pungatur aut exulceretur? Rurſum eſt alia, quæ compreſſione ſimul ac torpore, grauitate ac punctione quadam afficiatur, vt quando ſuperior aliqua pars fortiter comprimitur, & inferior quaſi multitudine quadam diſtenditur. Neque iam ſolus ſenſus tactus dolore exercetur; eſt enim & in aliis ſenſibus obſcurior quidam dolor. Nam vt calidum ac frigidum offendit tactum: ita guſtum, acidum, ſalſum, amarum: olfactum vehementer odorum, ac magis fœtidum. Atque hæc quidem contemnere licet, ſi

Accidentia immutata magnũ ſæpe malum præſagiunt.

Accidentia toto genere præter naturam.

Dolor grauior excitatur mota materia quàm quieta.

Dolor facillimè excitatur in ſtomacho, ventre, ac inteſtinis.

Tempore excretionis vrinæ quare lapis maximè dolorem exerceat.

Omnes ferè corporis partes dolore affici diuerſo.

Non ſolùm tactu dolor percipitur, ſed etiam obſcurè aliis ſenſibus.

quando

quando foris adueniant: sed vbi per se cõtingunt, vehementer corporis temperamentum accusant. Sic acris & amarus sapor, calidum: acidus, frigidum: salsus, calidum frigido permixtum. Similiter fœtores nunc narium angustiam, nunc primorum ventriculorũ caliditatem aut humiditatem ostendunt: fœtidius aut dentium aut palati putredinem. Est vbi pulmonis ac cordis exhibent caliditatem ac humiditatem. Atque hactenus ferenda sunt, & corpus neutrum designant. Verùm est vbi nullo remedio euinci possunt, ita vt vel odora appareant fœtida, & dulcia salsa, amara acida. Sed nec auditus quidem illis accidentibus præter naturam vacat, sed absque vlla occasione ac temerè, quibusdam quasi foris aduenirent, lacessitur sonis, murmure, aut strepitu. Sequuntur autem hæc ferè interni meatus auditorij angustiam aut compressionem. Nam & aër ipse inclusus, & vapor qui ex proximis partibus gignitur, facilè hunc sonum elidit, quando intus fortiter cohibetur, quemadmodum & alibi aër in angustiis magis sonat ac strepit locis, quàm liberis. Nec est mirum eum hîc motum quendam tinnitum auribus inducere, cùm & ea quæ sunt inter corneam tunicam & pupillam sui imaginem reddunt, donec penitus communionem externi luminis abstulerint. Quæ quidem in oculis phantasmata inter accidentia quoque præter naturam collocantur. Sunt autem ea pro vaporis aut ipsius humoris varietate admodum varia: etenim nunc apparent alba, nunc nigra, aliquando rubicunda, flaua, nonnumquam rursus rotunda, nunc aliquando lata. Oriuntur

Sapores præter naturam quid significent.

Quid fœtores.

Soni præter naturam, murmura, aut strepitus qua ratione accidant.

Similiter & oculorum phantasmata accidentibus præter naturam annumerantur.

Vnde in oculis huiusmodi appareãt.

autem aliquando ex mala concoctione ventriculi, & ab vtroque oculo ferè simul apprænduntur: aliquando ab altero tantùm, vbi scilicet ipsius cerebri vitio fiunt, ac suffusionis exhibent initium. Aliquando etiam in febribus eueniunt, præcipuè ante crisim, ac morbi finem. arguunt. Omnia autem hactenus dicta accidentia præter naturam existunt, quæ quamdiu modica fuerint, neutram dispositionem significant: vbi verò multum excreuerint, morbum indicant.

Prædicta omnia accidẽtia præter naturam, quando neutram dispositionem, quando ægritudinem significent.

Signa in morbis salutem aut pernicié significantia.

Signa hæc duplicia.

Quæ primũ morbi magnitudinem significent.

Ac iam quidem omnem sermonem de signis absoluisse videmur, modò ea quæ in morbis salutem aut perniciem significant, adiecerimus. Sunt autem hæc in genere duplicia: ac alia morbi magnitudinem; alia virtutis imbecillitatem demonstrant. Quorum priora primùm à substantialibus sumuntur tactu. Ita enim nunc æstus paruus, nunc magnus depræhenditur.

Quę secũdò.

Secundò morbi magnitudinem significant ipsa accidentia, paroxysmi longitudo, dolores multi, anxietates in parte affecta. Peiores sunt dolores in proximis partibus: sic dolor iuguli attestatur magnitudini pleuritidis ac inflammationis ipsius hepatis: ita & tussis magnitudini affectus hepatis.

Tertiò.

Multum quoque terrent nos extremorum frigiditates, sed hæ vtrumque & morbi magnitudinem & virtutis debilitatem significant.

Quartò.

Quartò, morbi magnitudinem prodit excrementorum malignitas.

Quintò.

Neque tamen iam omnia signa magnitudinis morbi iam dicta: sumuntur enim & aliqua ab ipsis operationibus. Nam, vt paucis multa dicamus, proximarum partium operationes vitiatæ, morbi

accuſant vehementiam, quemadmodum è contrario earundem integritas morbi ſimplicitatem. Sic dixit * Hippocrates: In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum: contra verò ſe habere, malum. Præterea & immodica vigilia, ſitis multa, faſtidium magnum, morbi potiùs magnitudinem quàm virium imbecillitatem ſignificant: potiùs enim obeuntur iuſta temperie quàm virium robore. Non ſunt tam varia ac diuerſa ſigna naturæ imbecillitatem ſignificantia: neque enim ſumuntur à ſubſtantialibus, ſed quæ in hoc genere prima ſunt, ab ipſis accidentibus capiuntur. Sed neç hæc admodum multa ſunt, ſed numero pauca. Ita multa extremorum membrorum frigiditas, extremam aliquando imbecillitatem ſignificat: aliquando etiam morbi magnitudinem oſtendit. Sic nigredo aut digitorum liuor interim morbi vehementiam, interim virium extremam debilitatem arguit. Accedunt accidentibus ipſa excrementa, quippe & hæc aliquando, vbi diu videlicet cruda perſeuerant, naturalium virium imbecillitatem ſignificant. Maxima autem ſigna imbecillitatis virium deducuntur ex ipſis operationibus, eiſque aut abolitis aut valde imminutis. Puto autẽ operationes principalium partium aut ſecundariarum; nam ſic eas appello quæ principalibus miniſtrant. Sic imprimis proſtratus anhelitus, arteriarum pulſus, cordis tremor, aut palpitatio, extremum defectum vitalis facultatis denunciant. Similiter ſecundò mente labefactari, parum videre vel audire, cerebri magnam debilitatem oſtendit. Quòd autem quis citra dolorem anxius

* *Aphoriſmorum 2. aphoriſmo 35.*

Virium imbecillitatem ſignificantia ſigna non tam multa.

Subſtantialia hic deſiderantur.

Prima itaque ab accidentibus capiuntur.

Extremorũ frigiditas.

Liuor digitorum.

Secunda ab ipſis excrementis.

Alia ac maxima ex operationibus aut læſis, aut multum diminutis.

Quæ vitalis facultatis defectum ſignificent.

Quæ animalis magnam imbecillitatem.

Quare ægri nonnulli

Iocũ nullum seruent.

nullum locum seruans, sed nunc in dextrum, nunc siniſtrum latus ſeſe coniiciat, & aliquando ab inferiori parte in ſuperiorem ſeſe transferat, ac ne linteamen quidem quo tegatur ferat, primum quidem ad muſculorum imbecillitatem ſpectat, ac reuera ipſius cerebri magnum defectum declarat. Non ſecus multa in vrina cruditas, naturalis facultatis hepatis inſignem defectum conqueritur. Qui quidem tanto eſt tolerabilior defectu ipſius cerebri, quanto imbecillitas virtutis cerebri minùs eſt ſuſpecta imbecillitate vitali, quippe ad huius caſum ſubitò animal proſternitur, ad illarum aut non niſi tandem. Iam neque naturalis virtutis penuria aut labor, duntaxat conſpicitur in vrina, ſed aliquando etiam in ventriculo & alibi deprehenditur, interdum quoque in extremis ac abiectis partibus. Sic oculorum lippitudo, oculi concaui, tempora collapſa extremam naturalis facultatis impotentiam indicant, nec tantùm in ſe ipſis, verumetiam principalibus viſceribus. Ac quidem externarum partium lapſus per ſe contemni poterat, verùm qui principalium viſcerum ſequitur detrimentum, meritò nobis terrorem incutit. Quæ igitur virium imbecillitatem, aut morbi magnitudinem, aut etiam contrarium ſignificent, facile ex dictis eſt cognoſcere, ac deinceps ſalubria ab inſalubribus ſignis diſtinguere. Nam quæcumque aut morbi magnitudinem aut virium inopiam denunciant, inſalubria: contraria verò ſalubria. Nec erit difficilius ex iis ipſis lethales morbos à ſalutaribus dignoſcere. Nam vbicumque morbi magnitudo cum virium imbecillitate coniungitur, morbus

Quæ naturalis facultatis magnam debilitatem.

Naturalis facultatis defectus aliũde etiam quàm ex vrina deprehẽditur.

Morbus lethalis.

bus mortalis. Sicuti è contrario ſalutaris aut ſecurus vbi cum alacribus viribus morbus eſt exiguus. Suſpenſa & ambigua ſunt omnia, quando magnus morbus pugnat cum virtute multum conſtante, aut exiguus cum parum conſtante. Atque hîc indulgendum ipſi virtuti, quemadmodum illic è contratio maximè inſidiandum ipſi morbo.

Morbus ſalutaris.

Morbus incertus.

Quando propiciendum ipſi virtuti, quando occurrendum ipſi morbo.

VLTIMO iam ſupra dictis ſignis, adiiciendum aliud quoddam criticum appellatum, quod ſcilicet futuram ac iam inſtantem criſim ſignificat. Ac eiuſmodi quidem duplex: alterum humorum diſcretionem ſequitur: neceſſe enim eſt, priùs humores malignos à benignis ſeparari, antequam commodè euacuari poſſint. Atque hæc diſcretio magnam in ipſo corpore tempeſtatem parit, quòd magis offendant humores commoti quàm quieti. Itaque hîc ferè quacumque ex parte futura fuerit euacuatio, magna in toto corpore anxietas oritur. Quare ſæpe delirant, hallucinantur, abſurda agunt & loquuntur. Atque hæc ferè nocte moleſtant, quando ſequens dies criſim exſpectat. Sunt præterea alia critica ſigna, quæ partem ſcilicet per quam futura ſit purgatio aut euacuatio, produnt. Tale difficultas anhelitus, ſublato ſanguine ſurſum per pectus. Magis inſtantem criſim denunciat ſplendor ante oculos, ac magis narium pruritus. Sic labiorum tremor, iam iam futurum vomitum indicat. Sed de his omnibus latiùs in libro De criſibus egimus: quare nunc nobis ſufficit, qualemcumque illorum diſtinxiſſe formulam. Ac hæc quidem de corporibus & ſignis.

Signa critica.

Talia duplicia.

Prima humorum diſcretionem ſequuntur.

Diſcretio humorum magnam commotionem ſuſcitat.

Signa humorum diſcretionem ſequentia ferè nocte ante diem futuræ criſis appárét

Secũda ſigna critica demõſtrantia partẽ per quam ſit futura criſis.

Reſpirandi difficultas.

Splẽdor ante oculos ac narium pruritus magis inſtantis criſis ſigna.

Labiorũ tremor inſtãtis vomitus indicium.

CONSEQVENTER agimus de ipſis cauſis,

Causæ triplices
Corpus sanũ cõseruantes.
Ægrum curantes.
Præcipitem sanitatem reuocantes.

ac primùm de iis quæ sanum corpus conseruant: secundò, de iis quæ ægrum curant: tertiò, de iis quæ ruentem sanitatem retinent, ac à malo præseruant. Atque hactenus salubres omnes dicuntur in genere. In specie autem hæ præseruatiuæ: illæ curatiuæ: ac primæ conseruatiuæ. Quæ tamen nequaquam simpliciter conseruatiuæ, si quidem exquisitè loquamur. Non enim simpliciter conseruant, sed quod modicè lapsum est, priusquam sensibilem noxam incurrat, anticipant. Ergo solummodo illæ præseruatrices, quæ ab aliquo graui eoque imminente morbo vindicant. Tales sunt quæ in morbos præcipites reuocant, & conualescentes ac senes procurant. Ita neque conseruatio vna est, sed altera debetur corpori temperato, altera intemperato, nunc calido, frigido, humido, aut sicco. Atque hanc quidem conseruationem nunc aggrediemur, si priùs ostenderimus per quæ eam facere liceat. Inueniemus autem ea ex iis quæ sanitatem nostram violant; nam tametsi accidente quopiam differant, ferè tamen & numero & specie eadem cum his quæ sanitatem ipsam conseruant. Videor autem mihi duo genera videre eorum quæ sanitatem nostram labefactant. Alterum à nostris proficiscitur principiis. Non enim sola corporis nostri intemperatura multorum morborum parit semina; verumetiam calor naturalis corporis temperati paulatim frustratur substantiam. Sunt alia quædam accessoria, partim ab externis, partim ab internis aduenientia, in genere autem duplicia. Quorundam societatem saltem magna ex parte vitare possumus, inimicorum puto iniurias, ac

Conseruatio duplex, temperati scilicet corporis ac intemperati.
Conseruatio intemperatorum per quæ fiat.
Quæ sanitatem violant ferè specie ac numero eadem cum his quæ ipsam conseruant.
Duo sanitatem nostram destruentia.
Primum à nostris oritur principiis.
Secundum extrinsecè, vel intrinsecè aduenit.
Hoc rursum duplex.
Primum est eorum, quorum societatem vitare possumus.

latentes

latentes insidias. Sunt alia quorum consuetudinem nulla ratione effugere possumus, ac nunc bono, nunc malo nobis sunt, res præter naturam medicorum vulgus appellat, ac numerat sex, aërem, alimentum, excrementum, animi affectus, corporis motum, somnum ac vigiliam. Nam horum excessus & importunitas, naturam nostram malè, eorundem autem mediocritas bene afficit. Scio quidem semper aliqua ex parte nos alterare, sed quæ sensum latent, contemnuntur. Igitur primùm singulorum referamus incommoda, auspicantes ab aëre nobis omnium familiarissimo, & quo numquam non vtimur. Non enim hic solùm temperamentum nostrum immutat, sed etiam substantiam nostram atterit ac dissipat: aliquando etiam corrumpit. Et quidem simplex est, qui alterat, incalfacit, aut frigefacit: sed putridus sit oportet, qui aut substantiam aut humores corrumpat, qualis est pestilens. Qui verò calidus tantùm, aut epidemios generat, aut morbos sparsos. Sparsos appellamus, qui pro ratione temperaturæ corporum fiunt: epidemios nominant, qui à paucis temperaturis abstinent. Aëri proximè accedit ipsum alimentum. Vt enim aër nutrit ipsos spiritus, ita alimentum humores & solida. Interim plurimorum morborum in corpore causa deprehenditur, quòd nunc frigidius, nunc existat calidius. Atque hoc quidem manifestius est, quàm vt demonstratione egeat. Non est tam facile has mutationes in ipsis excrementis ostendere: non enim dices, puto, ventris excrementa nunc incalfacere, nunc refrigerare, sed ipsius hepatis aut totius habi-

Alterum eorum quorũ consuetudinem effugere non possumus.

Res præter naturam.

Alteratio sensum fugiens contenenda.

Aër.

Aër simplex.

Putridus ac pestilens.

Alimentum.

Excrementũ.

Excrementa quoque corpus mutant.

tus recremẽta calefacere. Sed neque hoc opus eſt, ſatis eſt quacumque ratione, aut per ſe, aut per accidens corpus immutare, alterare, aut etiam aliter afficere. Quod quidem admodum frequenter in ſingulis excrementis reperimus. Sæpe enim re-

Retentæ feces maximos dolores ſuſcitant.

tentæ ſeces intolerabiles cruciatus excitant. Hepa-

Hepatis excrementum admodum variũ varios ac difficiles morbos procreat.

tis verò excrementum admodum varium exiſtit, neque tamen vllum eſt, quod non aliquando in-

Excrementũ totius habitus febres ac putredines.

expugnabiles morbos pariat. Ita & excrementum totius habitus ſæpe impingit, febres ac putredines accendit. Clariùs autem corporis motus & quies

Motus ac quies.

ipſum corpus alterant. Nam & vulgo notum eſt,

Quomodo motus incalfaciat.

motum incalfacere, & quietem refrigerare, quòd motus omnibus rebus vires addat, aut quòd ſingulis caloris partibus maiorem cum aëre communionem conciliet, aut quòd corpus attenuet. Non enim extremæ ignis aut cuiuſuis alterius caloris partes communionem aëris poſtulant, & interiores contemnunt. Sic quoque vulgaribus manifeſtum

Quomodo exiccet.

motum exiccare, ac quietem humectare. Nam

Motus non ſolũ incalfacit, ſed etiam refrigerat.

is humidiores noſtri corporis partes exſiccat, quas quies conſeruat. Sed quàm vulgares nos ampliùs animaduertere debemus, motum non ſolùm incalfacere, ſed tandem etiam refrigerare. Nam poſtquam humidiores corporis partes, ne ab ipſis quidem calidis abſtinet, quamuis nunc ſatis calorem extenuet, qui humidas partes in quibus habi-

Somnus ac vigilia.

tat, diſſipat. Neſcio, an motui corporis, ſubiiciam motum animi, an ſomnum & vigiliam. Atque hoc præſtat, quòd motus corporis vigiliæ quædam pars exiſtat. Neque enim (vt ſæpius diximus) vigilia ſeparata aut particularis aliqua operatio, ſed mul-

tarum

tarũ operationum animalium significat energiam: inter quas & ipse musculorum motus numeratur. Ecquid igitur mirum, vigiliam incalfacere & exsiccare quemadmodum motus: somnum verò humectare & infrigidare? Dicimus autem iam somnum & quietem humectare ac refrigerare, non quidem quòd hæc ipsa faciant, sed quòd eo tempore corpori illa contingant. Restat nunc vires, effectus motus, ac quietis animi inquirere. Nam & huius affectus, quidam refrigerant, quidam incalfaciunt, nonnulli etiam humectant aut exsiccant. Et quidem ira, odium, inuidia, ambitio, & similes animi pestes ferè incalfaciunt, metus autem ac tristitia infrigidant. Et hæc quidem omnia rursum ferè exsiccant, ac sola animi tranquillitas, gaudium, fauor, omnium rerum contemptus & similia humectant. Sed neque hæc, neque alia quæ priùs diximus, vno modo incalfaciunt, refrigerant, exsiccant, aut humectant: sed alia plus, alia minùs. Singula igitur horum nunc corporis sanitatem proscindunt aut violant: aliquando etiam conseruant. Ac facilis est distinctio, moderato enim vsu iuuant, & immoderato offendunt. Consistit autem modus in his tribus, qualitate æqua, iusta quantitate & temporis opportunitate. Quæ tamen omnia nequaquam in singulis sunt quærenda; nam non inuenies in omnibus, sed in plerisque tantùm. Nam aëris vsum non oportet metiri quantitate aut tempore, qualitate duntaxat: satis enim est, quòd talis sit qualis corpori conuenit. Sed neque facilè somno suam qualitatem describes, duntaxat eius longitudinem æstimare oportet & opportunitatem.

Motus vt vigilia incalfacit & exsiccat, ac somnus vt quies humectat ac refrigerat.

Qua ratione somnus & quies refrigeret.

Affectus animi.

Quinam incalfaciant.

Qui refrigerent.

Qui rursum exsiccent.

Rursum qui humectent.

Prædictæ sex res præter naturã quando sanitatẽ conseruent, ac quando destruant.

Moderatus vsus iuuat, immoderatus offendit.

Modus vtẽdi consistit in tribus.

Aër non metiendus est quãtitate aut tempore, tantũ qualitate.

Sic nec somnũ metimur qualitate, dũtaxat, tempore ac opportunitate.

Sic nec animi affectus.

nitatem. Ita neque in animi motibus multa de opportunitate eorum, quantitate aut qualitate dicere oportet, quòd sola animi tranquillitas prosit; in qua tamen & modum obseruare oportet, quòd nimia tranquillitas aut securitas etiam aliquando obsit. Facilius erit in excrementis, & quantitatem & qualitatem atque etiam opportunitatem definire. Sic & in cibo & corporis motu: etenim vnusquisque cibus suam qualitatē obtinet, nec omnibus quilibet cōducit. Sed & in motu vnicuique corpori suus faciendus delectus: aliis enim lentus: aliis celer: aliis vehemens: aliis leuis: aliis breuis: aliis diuturnus conuenit. Ac omnibus quidem ante cibū instante fame, non autem vrgente.

Nimia aliquando tranquillitas animi obest.

Omnium facillimè excrementorum qualitas, quantitas, ac opportunitas describenda.

Sic & ipsius alimenti ac exercitij.

Tempus exercitij opportunissimum.

SED de his iam satis. Supereſt vt ipsam aggrediamur conseruationem, quæ nusquam promptior est, quàm in corpore temperato. Quippe vt in Republica optimus quisq. per se id facit, ad quod alios leges inuitant aut cogunt: ita optima temperatura vbique ex se modum tenet: tantum quidem appetit, quantum vniuerso corpori sufficit, nec somnum diutius quàm conuenit, aut vltra ipsam concoctionem distrahit, aut rursus antea finit. Sic & in omnibus aliis ferè excessum cauet. Vitiatur tamen aliquando aliorum consuetudine, nec vbique eam luxuriari expedit, sed satius est & ipsam nonnunquam salubria præcepta respicere; quæ nequaquam multis, sed vno continentur capite: vt omnia scilicet intemperata viter, ac solis temperatis assuescat. Quod quidem in aliis est promptum; nam potus, cibi, exercitij idonei facile est delectum facere. Verùm publicus aër omnibus commu-

Conseruatio próprissima in tẽperato.

Optima temperatura in omnibus modum seruat.

Optima temperatura nonnũquam vitiatur.

Aër intemperatus nõ pro

communis, neque eum pro noſtra libidine poſſumus attemperare. Quocirca vnum hac in re ſupereſt remedium, vt ſi quando intemperatior fuerit, ei contrarium victum obiiciamus. Sed neque illud ratio inuenit, ſed experientia vtile eſſe docuit, adeò vt vulgus longa experientia doctum, hyeme calidis, æſtate vtatur frigidis. Ferè enim neutrum exceſſum homines vel etiam intemperati tolerant, ſed eius correctionem expetunt. Nunc ergo in vnoquoque genere temperata oſtendamus: nam vt vnicuique promptum eſt dicere, temperatis conuenire temperata: ita paucis paratum temperatum ab intemperato diſcernere. Promptiùs tamen id in aëre quàm vbiuis alibi; nam cuius qualitatem non ſentimus, aut citra moleſtiam vllam ferimus, temperatum appellare licebit. Maioris negotij erit definire victum temperatum; tanta enim illius eſt differentia. Nec aues duntaxat temperatæ monticolæ, verumetiam piſces ſaxatiles, vinum, panis, ac multa alia. Proinde temperatum alimentum oportet dicere, quod mediocrem ſanguinem parit. E contrario intemperatum, quod melancholicum, bilioſum, pituitoſum, craſſiorem vel tenuiorem. Mediocrem autem ſanguinem præſtant ſingula quæ diximus, ac proinde rectè temperatorum numero comprehendũtur. Neque nos turbare debet diuerſa illorum phantaſia: nam & lapidis, ferri, ligni, aëris, aquæ diuerſa admodum natura, & tamen ſubinde ſimiliter attemperata. Nec tantùm id præſtat ars, ſæpe etiam ipſa rerum natura res etiam diuerſiſſimas eâdem donat aut imbuit temperie. Atque is quidem temperati alimenti

libidine noſtra attemperari poteſt.

Aeris intemperati vnicũ remedium.

Aër temperatus quis dicatur.

Alimenti temperati magna differentia.

Alimentum temperatum quod.

Intemperatum.

Diuerſa alimenti phantaſia non variat temperaturam.

Somni temperati descriptio.

alimenti terminus. Magis autem est ambigua somni temperati definitio, ac vulgus quidem septem horis describit. Ferè enim concoctio tota in ventriculo tanto tempore perficitur, ac ferè cum somno æquale tempus postulat. Nam parum abest, quin tantisper fumus caput petat, quoad concoctio absoluta fuerit. Itaque hoc tempore vltro excitamur: sæpe enim diximus non aliter fumum hunc detinere spiritum animalem, quàm nubes intercipiat aut obscuret radios solares. Iam fieri non potest, vt in his quæ diximus modus seruetur, & excrementū ventris, vesicæ, quantitate ac qualitate aberret. Nam ne horologium quidem talem in suis partibus proportionem seruat, qualem excrementum cum alimento; præsertim vbi & ipse somnus consuetum modum seruat. Dixi autem excrementum ventris, vesicæ: nam quod in habitu corporis colligitur, nequaquam per se excernitur, sed exercitij viribus exigitur, atque ita huius modus exercitij modum sequitur. Est autem exercitij modus, in temperato ac plerisque aliis, sudor vniuersi corporis, mutatio anhelitus, tertiò lassitudinis initium, aut (quemadmodum Celsus ait) lassitudo citra fatigationem. Sed non est tutum in omnibus hactenus exercitium. Nam frigidá quædam corpora minorem motum contemnunt: calida eundem rursus parum ferunt. Iam quòd si inidoneus motus corporis ita nostram sanitatem proscindat; quid mirum est affectus animi eandem violare? Semper enim afficiunt magis interiora quàm exteriora. Præterea motus animi nequaquam vulgarem aliquam corporis partem mouent ac turbant,

Cõcoctionis ventriculi cum somno ferè æquale tempus.

Fumi eleuati ex stomacho detinent spiritum vitalé, non aliter quàm nubes intercipit radios solares.

Excrementi cum alimento maxima proportio.

Terminus exercitij mediocris in temperatis.

Corpora frigida parum exercitium cõtemnunt: calida idem parum admittunt.

Animi affectus maximè mouent cor.

sed

sed primatem, cor scilicet ipsum, vitalis facultatis sedem. Nunc quidem facile est vnicuique præcipere, vt modum seruet, sed præceptum nullum locum inueniet, nisi quis in aduersis cogitet prospera, & in prosperis aduersa: ita enim semper vnum alterum attemperabit. Ad hæc conferet secum reputare, semper illis imminere secunda, qui iucundè ferunt aduersa. E contrario aduersa qui parum modestè ferunt prospera. Aliud ac omnium maximum remedium est, omnium rerum contemptus, quem facilè obtinebit quisquis momentaneam omnium istarum rerum fluxibilitatem rectè expenderit, ac cum eo quod perpetuum instat, contulerit. Hæc expendens credo Socrates, numquam à foro rediit lætior aut tristior. Sed hæc ad philosophos. Restant commoda ac incommoda Veneris, quæ nequaquam inter res necessarias numeratur: sed ipsis adiicitur, quòd ea carere liceat, nec per omnes, duntaxat quasdam ætates conueniat. Et quidem illius incommoda magis in viduis quàm aliis, rara quidem, sed iuxta hoc insigniter periculosa. Nam strangulationes pariunt, quæ ad tempus nihilo minùs quàm apoplexiæ ac epilepsiæ exanimant, sensum ac motum auferunt. Nec mirum; nam sanguis vt quidem recens ac integer, natura optimus: ita semel vitiatus nequaquam simplex humor permanet, sed in venenatum degenerat. Nec sunt minùs pernicioſa mala quæ illius sequuntur insolentiam, imò magis pertinacia, multoque frequentiora. Cuius quidem causa in promptu est, cùm ex euacuatione morbi plerumque grauiores quàm

Socrates quare nunquam à foro redierit lætior aut tristior.

Veneris commoda ac incommoda.

Veneris rarioris incommoda in viduis maxima ac periculosissima.

Incommoda Veneris insolentiam sequentia.

ex re-

Morbi grauissimi ex euacuatione per Venerē.

ex repletione, ac maximè quidem ex euacuatione per Venerem facta, quòd ea nequaquam communem aliquem humorem euacuet, sed naturæ nostræ maximè familiarem, ac adeò spiritum ipsum in quo natura nostra habitat, cuius iactura non solū ipsas operationes animales exienuat, sed etiam naturales. Magnum huius rei argumentum relucet in cerebro eorum qui nimio eius vsu frangumtur; deprehenduntur enim eo admodum pauco, citiùs enim reliquis partibus sentit nutricationis detrimentum, quod admodum frigidum. Idem cognosces ex illorum anhelitu qui plerumq. est fœtidus, maximo tabis cuiusdam argumento: quodammodo enim corpus exsoluit immodicus eius vsus, quemadmodum rarus excitat, animat, atque alacriorem hominem præstat. Neque duntaxat eius frequentia damnatur, eget enim & alia obseruatione. Opportunissima est vbi corpus omnibus modis mediocritatem obtinet, neque recenti alimento admodum satur, neque veteri plenitudine multum turgens, neque è contrario altero horum modorum tenuiter sese habens. Sic quoque saluberrimus eius vsus, mediocritatem corporis in calore ac frigore postulat. Maximè ab ea cauendus labor, inedia, ac rursum crapula, inedia tamen magis, quòd exsiccet, non impleat. Eadem de causa melius fertur à pleno & calido, quàm attenuato ac frigido. Nam grauiter nocere solent duæ causæ similes concurrentes. Iam nequaquam ista à scrupulosis anxiè audiri volumus, quasi vnus & idem omnium, in his quæ diximus, debeat obseruari modus. Nam & alibi frequenter diximus, tenuem

Exiguum cerebrū eorum qui nimium indulgent Veneri.

Anhelitus similiter maximè fœtidus.

Veneris exercendæ tempus opportunissimum.

Quæ maximè à Venere cauenda.

Qui minori cum damno Venerem admittant.

huius-

huiusmodi atque exquisitam viuendi rationem, plus adferre difficultatis quàm vtilitatis. Quare sufficit nusquam mediocrem aut sensibilem committere errorem; nam insensibiles à nemine vitari possunt.

Exquisitissima viuendi ratio difficilis magis quàm vtilis.

CONSERVATIO igitur hominis temperati iam dicta est satis, ex qua non erit difficile, intemperatorum corporum colligere conseruationem. Nam si iuxta communem sententiam, conseruatio vbique obeatur similibus, tanto calidioribus corpus calidum egebit, quanto temperato erit calidius. Idem dico de frigido, humido, sicco. Verùm præceps est huiusmodi obseruatio, quòd difficile sit, nec statim vnicuique promptum omnino similium delectum facere, aut modum tenere: sæpe exorbitant & corpus in excessum aliquem præcipitãt. Quocirca Galenus libris De sanitate tuenda, tutiora iudicauit similia corporis sicci & humidi, quàm calidi aut frigidi. Nam caliditas & frigiditas potentes sunt qualitates, humiditas verò & siccitas ignauæ. Itaque vt corpus calidum ac frigidum contrariæ qualitates neque conseruant neque castigant simpliciter; ita excessum cauent. Verùm vbi omnino similium delectum in singulis facere licet, satius erit his quàm contrariis vti. Sed hîc iterum sæpe aër nobis occurrit pro frigido eximiè calidus, ac rursum pro calido insigniter frigidus. In cuius remedium victum tanto parabimus calidiorem. Quocirca tametsi bilioſus meliùs ferat hyemem quàm pituitosus: tamen ad sui conseruationem bilioſus multo calidioribus eget pituitoso. Igitur qualis victus, qualis iterum aër corpori

Conseruatio corporum intemperatorum.

Similia corporis humidi ac sicci tutiora, quàm calidi, aut frigidi.

Victus remedium aëris.

Bilioſus ad sui conseruationem calidioribus eget pituitoso.

bilioso aut rursum pituitoso conseruando conducat, facile est dicere. Promptum enim est, & aërem & cibum vno aut altero ordine aut gradu supra temperatum calidum definire. Sed in sequentibus paulo perplexiór est definitio. Neque enim facile dices, quis motus, quæ vigilia incalfaciat in primo aut rursus secũdo. Atque nec id opus est, sed sufficit in his omnibus seruare cõmunem vtilitatem ac finẽ. Quippe scopus exercitij est alimenti digestio, & excrementi excretio aut expulsio. Quæ quidem promptiùs obeuntur motu in corpore cholerico quàm temperato: tardiùs autem in pituitoso. Quare quidem bilioso breuius, pituitoso autem longius conducet exercitium. Sed & breue magis incalfacit cholericum quàm longum pituitosum. Sic nunc bilioso competit somnus breuior, ac pituitoso longior. Nam somni scopus est ventris concoctio, quæ multò tardiùs perficitur in frigido quàm calido. Magis erit scrupulosus, qui motus animi distinguet, ac calido imperet vehementes: calidiori vehementiores. Nam ne optandum quidem id esset, quoniam nullus vehemens animi motus, corpus vllum conseruat, potiùs violat. Quemadmodum è contrario magna animi tranquillitas pauca corpora turbat: multa autem confirmat. Quòd si quis in excrementis quærat, quodnam incalfaciat in primo ordine ac secundo, aut rursum infrigidet, nequaquam is anxius erit, sed ridiculus. Satis enim est vel in his excrementis considerare nos habere rationem, omnem alium qualitatis respectum abiicientes. His enim bene procuratis, vltrò qualitates corporum suum modum

Nõ est facile dictu quis motus, aut vigilia incalfaciat in primo aut secundo. Exercitij scopus.

Bilioso breuius, pituitoso longius confert exercitium. Similiter bilioso somnus breuior, ac pituitoso longior. Sõni scopus. Animi affectus nequaquã similiter distinguẽdi.

Omnis vehemẽs animi affectus corpus violat potiùs quàm conseruet. Ridiculosũ esse in excrementis qualitates in primo aut secũdo ordine inquirere.

dum ſeruabunt. Proinde ipſe tenor qualitatum præcipuè, imò ferè ſolùm in aëre ac victu obſeruandus, quamdiu ipſum corpus in ſuo habitu conſeruare velimus. An autem corpus comi mori hominum intemperatum ad meliorem frugem, aut temperiē referre liceat, mihi non videtur digna medico quæſtio. Nam ſi bilioſum, hominis ſupinitate aut ſubtilitate poteſt reddi pituitoſum, certum erit & è contrario pituitoſum medici ſtudio permutari poſſe in temperatum. Quod ſi quidem rariùs fiat ac difficiliùs, in cauſa eſt earum quæ nobiſcum conuerſantur rerum incongruitas. Pauca enim modum ſeruant, ac plura nobis vbiq. occurrunt intemperata quàm temperata, quemadmodum & alibi vbiquè ferè plura genera malorum quàm bonorum. Dixi autem priùs Communi more intemperatum. Nam eximiè intemperatum ſortè calidum nunquam ad temperatum, multò minùs ad alterum extremorum reduces citra morbum. Quippe & plantam omnino diſtortam citiùs franges, quàm diriges. Eadem difficultas incumbit corpori eximiè intemperato. Sed neque periculo vacat ſi taliter conſeruues: ferè enim aliquis morbus imminet, quo vix citra mortis diſcrimen liberari poterit. Sic egregiè humidi, vix citra magnum detrimentum ad pubertatem perueniunt: ac rurſum inſigniter ſanguinei ad iuuenturem. Ita ferè hîc grania patiuntur bilioſi: in ſenecture verò prima atrabilarij, de quibus alibi. Nunc quomodo, & quo tempore corpora intemperata reprahendere ac corrigere liceat, inquiramus. Dixit enim Galenus nequaquam iſtud ſemper

Qualitatum temperies in ipſo ſolū victu aut aëre obſeruanda. Quæſtio medico indigna.

Plura ſemper occurrunt intemperata quàm temperata.

Corpus eximiè intemperatum non poſſe reduci ad temperiem.

Corpus inſigniter intemperarum taliter conſeruari non poſſe ſine periculo aliquo.

Quando corpora intemperata corrigenda.

tentandum esse, aut ab omnibus duntaxat liberis ac vbi nobis vacare possumus. Secus enim periculum imminebit, ne quod semel inceperis, iterum intermittere cogaris. Iam est vbique melius principio abstinere, quàm cœptum subitò intermittere, cùm omnis repentina mutatio naturæ sit molesta. Atque hoc modo quidem periclitantur serui, per quos primò intelligo eos qui fortuna, paupertate, aut natura quodammodo seruire coguntur. Nequaquam enim hi diu pro sua, sed aliorum libidine coguntur viuere. Non minùs salubria præcepta contemnent, qui auaritiæ aut ambitioni dediti sanitatem suam negligunt. Accedunt tertiò, qui Reipub. præsunt. Scio quòd quibus temperatura calidior est, subinde liceat frigido victui etiam vel per negotia indulgere: verùm ei qui naturam in meliorem commutare velit temperiem, nequaquam ciborum delectus sufficit, sed præterea pro victus commutatione, & somnum & exercitium mutare debebit, quod non solùm priores difficilè obseruabunt, sed & ij qui Remp. totos dies administrant. Verbi gratia, qui ad calidius victum permutare studuerit, plus ipsi exercitio indulgere debebit, minùs ipsi somno. E contrario qui solito frigidiorem cibũ assumunt, prolixiorem somnum requirunt. Quæ quidem nunc omnia parum diligenter obseruari possunt ab iis qui publicis intricantur aut detinentur negotiis. Quare nequaquam semper priorem temperaturam commutare licebit, sed tum demum vbi quis longo tempore ac fortè integro anno sibi vacare poterit. Non enim hoc subitò, sed paulatim ac sen-

Omnis subita mutatio mala.

Si qui serui sint intẽpera to corpore, non facilè possunt corrigi.

Secundò qui auaritiæ dediti.

Tertiò qui Reip. præsũt.

ac ſenſim moliendum, ac duobus potiſſimum modis. Vel qualitatem ipſam, aut certè quantitatem nobis paulatim augentibus. Neque enim cholerico fortè duobus numeris ſupra temperatum calido, ſtatim licebit omnem victum (cui antea aſſueuit) auferre, ac mox frigidũ in ſecundo ordine adferre: ſed aliquid ſingulis diebus calidis obſoniis aut condimentis detrahemus, ac tantum ex frigidis addemus, primo ſcilicet die parum, ſecundo amplius, donec iam paulatim & calida & frigida ad æqualitatem perducta fuerint. Atque hîc quidem iterum paulatim imminuemus calida, & augebimus frigida, donec paulatim corpus temperamentum acceperit. Vbi rurſum oportebit ſubſiſtere, & paulatim à frigido ad mediocrem victum deſcendere. Idem obſeruabis, quando frigidum intemperatum conaberis incalfacere ac ad temperiem traducere. Quod quidem in corpore æquabiliter intemperato quamuis ſit operoſum, non eſt tamen impoſſibile. Verùm vbi corpus ipſum inæqualiter eſt intemperatum, fortè cerebrum calidum, venter frigidus: aut hic rurſum calidus, ſed hepar frigidum, difficillima erit procuratio. Sunt qui medicamentum ex vtriſque componant, calidis ſcilicet ac frigidis: qui meo quidem iudicio optimè facerent, modò medicamentis imperare poſſent, ita vt altera eius pars fortè remaneret in ventriculo, altera verò vltrà pertranſiret ad hepar, aut fortè longiùs ad pulmonem, aut cerebrum. Sed cùm id præſtare non poſſint, mihi cõſultius appâret, medicamentorum formas mutare. Sic ventriculo aut ſtomacho me-

Prior temperatura duobus modis mutari poteſt.

Calidum corpus quomodo ad temperiem traducendũ.

Frigidum quomodo ſimiliter ad temperiem.

Facilis eſt mutatio corporis æquabiliter intemperati.

Difficilis verò corporis inæquabiliter intemperati.

Quorũdam inuentio in componẽdis medicamentis vbi corpus inæquabiliter eſt intemperatum.

Noſtra melior inuẽtio.

Vẽtriculum

 dentur,

curant medicamenta in forma syrupi.

dentur, quæ formam syrupi accipiunt; quæ verò potionis, vltrà transferuntur ad hepar. Sed & ea quæ à cibo assumuntur, compendio quodam referuntur ad caput : & adhuc magis medicantur superioris stomachi affectus. Ergo siquidem ventriculus frigidus, hepar autem calidum, hodie dabo medicamentum sub forma solida aut syrupi, quod corrigat ventriculi frigiditatem : cras verò poculũ, quod castiget hepatis caliditatem. Neque verendum multum est, ne hoc ipsum ventriculum natura frigidum adhuc plus refrigeret, cùm non diu in eo moretur, sed statim transferatur ad hepar, maximè si ex his confectum fuerit, quæ cum hepate proprietatem quandam habent, & affinitatem. Ita neque pridie hepati periculum erat à medicamento calido, cùm solida, vbi diutius in ventriculo morantur, illic eruduũtur, ac maximam virtutis partem relinquunt. Eadem de causa ventriculi intemperaturas medicabor per obsonia, condimenta : hepatis verò per potiones. Actantum de conseruatione ac commutatione intemperaturarum.

Hepar magis potiones.

Curatio ventriculi frigidi ac hepatis simul calidi.

Potiones nõ diu remanẽt in stomacho.

Medicamenta solida omnẽ ferè suam facultatem relinquunt in stomacho.

SEQVENS sermo repræhendet leuiora vitia partium instrumentalium. Ita enim eas malo appellare quàm dissimilares, quòd nequaquam omnis pars instrumentalis sit dissimilaris. Sed & magis proprium erit naturalibus partibus instrumentales potiùs, quàm dissimilares opponere. Appello autem naturales, quæ naturalibus muneribus suis vegetantur, attrahunt, retinent, concoquunt, expellunt. Instrumentales verò vltra hoc etiam aliquem alium vsum præbent. Sic neruus,

Curatio vitiorum leuiorum instrumentalium.

Non omnis pars instrumentalis dissimilaris.

Instrumentales partes magis opponuntur naturalibus quã dissimilares.

Partes naturales quæ dicantur.

Instrumentales.

vena,

vena, arteria, naturali quodam munere fungantur, ac præterea quasi rimuli quidam vniuersum corpus irrigant. Quinimo & cutis ipsa quantumcunque simplex, tamen plena rimarum facta est, vt per eam corpus expurgetur. Nihil igitur impedit eandem partem similarem esse ac instrumentalem, quamuis sit impossibile eandem partem similarem esse & dissimilarem. Et quidem similarium aut potiùs naturalium partium sanitas ex iusta proficiscitur elementorum proportione: instrumentalium verò ex partium integralium legitima conditione. Sic ægritudines ac leuiora vitia ex earundem mala proportione. Sunt autem generalia horum malorum capita quatuor. Nam bona compositio bonam figuram requirit, æquum numerum, iustam magnitudinem, ac legitimum situm, aut mutuam partium societatem. Iam non est satis, externam partium figuram probam esse; nam idem requirit interna. In primo igitur genere vitiorum, hoc est, formatione, statim duæ sese offerunt differentiæ. Mala figura exterior, quæ ferè fit distortis ossibus aut ligamentis. Angustia, obstructio interiorem vitiant, ita læuitas & eius contrarium asperitas. Sic & numerus primò duntaxat in duas scinditur differentias: aut enim deficit, aut superabundat. Atqui quod superabundat, iterum duplex: aut enim naturali habitu præditum, vt sextus digitus: aut toto genere præter naturam existit, vt lapis, calculus, vermis, mel, sebum, puls in abscessibus. Simpliciores sunt species vitij in magnitudine; neque enim longo ordine multiplicantur, quemadmodum genera aliorum morbo-

Eadem pars similaris ac instrumentalis.

Nulla tamen similaris ac dissimilaris.

Similarium sanitas vnde oriatur.

Instrumentalium.

Vitiorum instrumentaliũ quatuor differentiæ.

In figura.

In exteriore.

In interiore.

Similiter vitiorum in numero duæ species.

Aut enim deficit numerus aut superabundat.

Pars superabundans iterum duplex.

Vitia in magnitudine.

rum instrumentalium. Iam neque his tota constat compositio; nam ampliùs singulæ partes elegantem requirunt situm, ac iucundam inuicem societatem, positum, aut colligantiam, aut quocumque alio modo volueris nominare. Atque sunt iterum huius vitij duo generalia genera: aut enim particula locú mutauit: aut malè colligata est. Fit iterum vtrumque dupliciter; nam aut simpliciter loco suo excidit, vt vbi omentum incidit in scrotum, aut fortè articulus excidit suo supercilio. Aliquando locum quidem vtcumque seruat, nonnihil tamen exorbitat, vt quando articulus est leuiter è sua sede commotus. Secunda species est vbi ligamenta laxiora aut contractiora; laxantur quidem multis humiditatibus, contrahuntur verò in conuulsione. Et quidem leuiora vitia in his partibus nuper contracta, etiam magna redimi possunt: naturalia verò, aut longo tempore obdurata, plerumque nullis remediis cedunt, semper enim habitus dispositione pertinaciùs resistit. Omitto vel inter recentia vitia instrumentalia, quædam curationem omnem contemnere. Nec hoc mirum; nam neque intemperamentum naturale vnquam ad temperiem redigi potest, si quidem ingens fuerit. Quomodo igitur naturalia in instrumentalibus magna vitia castigari poterunt? Sed neque parua vitia vbique ac in omni ætate reformare licet, duntaxat quamdiu ipsa corpora adolescunt. Sunt quædam etiam quorum correctionem in infantia præuertere oportet; nam quæ malam figuram sequuntur, posteaquam ossa induruerunt, immedicabilia. Quòd autem etiam multæ sint partes, quarum

Vitia in situ similiter duplicia. Primi.

Aut pars aliqua simpliciter loco suo excidit.

Aut: nonnihil tantùm exorbitat. Secundi.

Leuiora hæc vitia nuper contracta curari possunt: naturalia verò aut longo tempore obdurata minimè.

Sed & recentia quædam vinci non possunt.

Exigua vitia quando curari possunt.

In adolescentia.

In infantia.

Partes quædam ablatæ

iactura

iactura etiam in nulla ætate reponi poteſt, poſtea fiet manifeſtum.

nunquã reſtitui poſſunt.

NVNC autem quomodo ſingula particulatim ſint obeunda, obiter aut perfunctoriè dicamus; nam ſpecialiorem illorum procurationem dicemus poſtea. Incipiemus autem iterum ab ipſa conformatione, cuius vitij prima ſpecies figuram vitiat externam, ac hoc duplici de cauſa, vel quia os ipſum in ſe diſtortum, vel quia malè colligatum. Primum peccatum vix vnquam admittit caſtigationem, aut certè niſi primis menſibus, quamdiu ipſa oſſa mollia ac flexibilia fuerint; nam tum fortaſſis multa ac frequenti manu dirigi tandem poterunt. Diutius promittunt ſpem quæ ratione ligamentorum ſunt diſtorta. Nam hæc etiam per totam infantiam humectari ac dirigi nonnihil poterunt: exſiccari autem ſemper. Obſtructio verò, anguſtia meatuum, amplitudo aut laxitas, aſperitas aut læuitas, quæ interiorem figuram vitiant, ac forte fortuna humorum ſequuntur copiam ac inopiam, quauis ætate caſtigationem aut curationem quandam recipiunt, ac incidentibus, abſtergentibus, attenuantibus & lenientibus medicamentis obediunt. Verùm poſt adoleſcentiam, cutis meatus, ac reliquæ cauitates obſtrui poſſunt, laxari autem non poſſunt. Imò ſunt quædam etiam cauitates, quæ aſtringi quidem poſtea nequeunt, vbi ipſa corpora in quibus hæc fiunt, ſuo more exſiccata ſunt; nam hæc nequaquam laxari poterunt. Coguntur autem meatus in cute multa quiete; nam motus excrementa per cutem propellit, quæ meatus continuè maiores emoliun-

Qua ratione prædicta vitia emendari poſſint.

Figuræ exteriorís vitium ob diſtortũ os, difficilè caſtigatur, aut certè niſi primis menſibus.

Figuræ exteriorís vitium ratione ligamentorum diutius curationem admittunt.

Vitia figuræ interioris per omnem ætatem caſtigari quodammodo poſſunt.

Cutis meatus quomodo conſtringantur.

Motus eoſdẽ laxat.

tur. Sic enim & frequens rasura, meatus ampliat in capite ac diffundit. Cuius rei magnum argumentum est, quòd in pueris frequens detasio capillos faciat crassiores. Sed & retentio spiritus eosdem laxat, ac maximè quidem eos per quos spiritus fertur. Facilius erit astringere eos, qui extremis patent partibus: nam hos aliquando sola contrahimus colligatione. Ita easdem partes vinculis emaciamus, si quando sua mole laborant, quòd vincula multitudinem sanguinis (sine qua nutricatio affatim fieri non potest) intercipiant. Idem quoque facit earundem partium, præsertim euacuato vniuerso corpore, frictio, exercitium. Et, quod magis miraberis, sunt quædam partes atque adeò interim corpus vniuersum, quod sola quiete suam molem amittit, quatenus exercitium sanguinem inuitat: quod magis ex eius contraria dispositione intelliges. Nam gracilem partem mediocri implemus frictione & exercitio. Loquor autem nunc de mole carnea; nam in solidis, hoc est, frigidis & siccis, difficillima hæc erit procuratio. Hac quoque de causa partis instrumentalis numerum desideratum reponere est impossibile. Neque enim hæc ex vna, sed ex pluribus frequenter partibus constat solidis: ex solis autem carneis nunquam. Facilius est partem superfluam auferre, siue naturalis, siue innaturalis ea fuerit, non tamen semper. Nam ferè lapis naturâ tam durus in vesica, vt neque medicamentis, neque externis instrumentis rumpi possit. Atque iterum tam magnus, vt integer per vesicæ collum sectum, nisi simul & ipsa scindatur vesica, eximi nequeat. Quare hunc si quando

Frequēs derasio in pueris pilos crassiores reddit.

Spiritus retentio meatus laxat.

Meatus extremis partibus patentes sola constringi colligatione.

Partes nimiū carnosæ vinculis macerantur.

Similiter frictione & exercitio.

Nonnullæ etiam partes sola quiete molem amittunt suam.

Graciles partes mediocri implentur frictione & exercitio.

Partis instrumentalis numerus desideratus reponi non potest.

Facilius pars superflua auferrur.

Lapis ferè tā durus in vesica vt nulla ratione rūpi possit.

Aliquando tam magnus vt integer per vesicæ collū sectū eximi non possit.

vrinæ

vrinæ emissionem impediat, solummodo transponimus: aut syphone argenteo contra eum immisso: aut capite deorsum suspenso aut collocato, & vniuerso corpore concusso. Sed hæc ad curationem magis pertinent, ac eos qui manu rem medicam moliuntur. Quemadmodum & vitia magna & parua, quæ in partium situ, aut mutua societate consistunt, potiùs manibus reducentibus quàm multis medicamentis indigent. Atque his quidem ego sermonem nostrum de vitiis, quæ in corporibus sanis consistunt, finirem, nisi nos Galenus & solutionis continuitatis admoneret. Putat enim & hanc aliquando obiter à natura contrahi, vt tamen nullo modo sanitatis integritatem abrumpat, tantùm imperfectiorem faciat. Sed difficile appâret exemplum, nisi id ipsum fortassis inquisiuerimus in corporibus obtortis; nam pauca ex iis sunt, quæ cum quadam continui solutione non fiant, vbi vincula videlicet nimis laxantur aut contrahuntur. Sed & alia quædam corpora à natura, aut aliter leuiter exasperantur, aut pustulis exulcerantur, etiamsi nondum ægrorum nomenclaturam subierint. Ita non minùs hoc vitium quàm ipsum intemperamentum suas nunc Galeno patitur differentias. Quare nunc fortè minùs quàm priùs excusari poterit, qui in definitione corporis salubris illam appendicem omiserit, ac bonæ duntaxat temperaturæ in similaribus, ac bonæ compositionis in instrumentalibus meminerit.

Sola itaque curatio erit ipsius transpositio.

Solutio continuitatis.

Galenus nũc minùs excusandus quàm antea in definitione corporis salubris.

QVOMODO autem hæc vitia nunc in sanis corrigi possint, facile erit cognoscere ex causis salubribus ægrorum corporum, quas nunc aggrediemur,

Quomodo hæc vitia in sanis corrigi possint.

Morborum tres partes, facta futura, & quæ nunc fit.

mur, modò iuxta Galenum admonuerimus singulos morbos in tres distingui partes, quarum alia est facta, alia imminet, ac futura, tertia nunc fit.

Quid per nunc intelligendum.

Intelligimus autem per Nunc nequaquam partem aliquam indiuisibilem, sed latum aliquod præsentis temporis spatium, fortè diem integrum, fortè dimidium, aut rursum horas aliquot, prout vnicuique lubet comparationem facere. Exempli

Trium morborum partiú per exemplum declaratio.

gratia, febris aliquot dierum suum intemperamentum reliquit, atque hæc pars morbi facta dicitur: fiens verò paroxysmus hodie infestans, quemadmodum qui post aliquot dies futuri sunt, ad futuram pertinent morbi partem. Atque sin-

Vnaquæque pars peculiarem postulat curationem.

gulæ hæ partes singularem curationem postulant.

Morbus factus sola alteratione tollitur: Futurus euacuatione: Fiens partim alteratione, partim euacuatione.

Morbus factus, vtpote simplex qualitas, sola alteratione tollitur: futurus sæpe euacuatione præuertitur: fiens iustam curationem obtinet, ac partim alteratione, partim euacuatione vincitur. Ac rarum est vbi non in vtramque partem animaduertamus. Nam quemadmodum vbique priùs debemus auferre causam, quàm effectum: ita vbi causæ futuri morbi incumbimus, nequaquam factum omnino licet negligere. Sic alibi multò minùs, vbi morbus factus vrget, licebit totam causam præterire, quamuis necesse sit ipsi morbo magis incumbere. Verùm magna ex parte

Sæpe vtrique morbo simul occurrimus.

Sæpe magis occurrédum morbi causæ.

causam demolimur magis, quòd excluſa & denicta materia, qualitas remanens sæpe per se, ac solius naturæ studio diluitur, quemadmodum & aqua frigida iam igne excalfacta, eo amoto, per se refrigeratur atque attemperatur. Quomodo autem singula istorum iam sint obeunda, communis illa

docet

docet dignitas, quæ vbique morbo obiicit contrarium. Fieri enim, imò ne cogitari quidem potest simile per se expugnare sibi simile per se; nam per accidens quidem calidum aliquando refrigerat, sicuti frigidum nonnumquam incalfacit. Quod autem nunc contrarium nequaquam propriè accipiendum non sit, sed intelligendum oppositum, frequenter etiam alibi dictum est. Accedit quòd nequaquam calidum aut frigidum opponimus morbo phantasiâ, sed etiam actu, quamquam interim illud sit pulcherrimum remedium quod vtroque modo morbo est contrarium. Iam natura nostra neque calido contrariatur neque frigido, opponitur tamen naturale innaturali. Quocirca natura non tantùm demolitur morbos calidos, verumetiam frigidos, humidos, aliquando etiam siccos. Sed hæc alibi nimis frequenter sunt explicata. Proinde nunc satius erit admonere nequaquam ad curationem omne contrarium sufficere, sed quod tale in eodem gradu aut ordine existit. Ita morbus in tertiò ordine calidus requirit frigidum in eodem: nunquam enim frigidum in secundo ordine expellet calidum in tertio, sed fortè tandem relinquet sibi simile. Quippe aqua tepida affatim affusa feruenti, eam tepidam reddere potest, frigidam verò nequaquam. Iam vnica hîc est differentia, quòd feruenti scilicet aquæ, semper frigidam in eodem ordine affundere liceat: affectui autem calido in tertio non semper. Nam est vbi virtus debilis, & corpus admodum tenue, huiusmodi medicamentis nimis offenderetur, nisi fortè admodum breuiter exhibitis. Sic est è contrario

Contraria cõtrariorum remedia.

Simile non potest expugnare sibi simile per se.

Per accidens aliquando calidum refrigerat, & frigidum incalfacit.

Per contrarium intelligendum hoc loco oppositum.

Naturale opponitur innaturali.

Natura non tantùm calidos morbos demolitur, sed & cuiuscque alterius qualitatis.

Non omne contrarium ad morbum propellendum sufficit.

Morbus in tertio ordine calidus, requirit frigidum in eodem.

Non semper tamé affectui calido in tertio licet adhibere remedium frigidũ in eodem.

Sic nec semper

medicamentū in eodem ordine contrarium sufficit.

trario vbi medicamentum in eodem ordine contrarium minimè sufficiat, sed maiorem facultatem morbus requirat. Quod quidem maximè obseruandum quando affectus magis internus. Multum enim & foris apposita, & in corpus assumpta elaborantur à natura. Quare periculum est, ne magnam suarum virium partem amittant priusquam ad affectam partem perueniant. Sic dicimus piper facultatem suam amisisse, postquam hepar pertransierit. Sed & lactuca potiùs ventrem quàm hepar refrigerat: minimè ipsum cerebrum. Quocirca etiam vbi somno studemus, ipsam à cœna edimus. Neque id tantùm obseruandum in alterantibus, verumetiam concoquentibus. Nam & hæc peruenire oportet ad ea loca in quibus necessaria est concoctio. Maximè autem in hoc conferet substantiæ tenuitas; nam crassa diutius in commeatu morantur, ac magis magisque elaborantur. Subinde etiam calidum affectum frigida medicamenta crassarum partium vias & meatus cogendo inflammant magis, quàm refrigerent. Proinde & hîc & alibi eorum quæ tenuia sunt, delectum facere oportet, siue humores penitiùs contentos, concoquere, siue partem longiùs distractam, alterare velis: sed de concoquentibus postea. Nunc enim duntaxat morbum factum medicamur, qui vbique facilè suum inuenit contrarium. Difficilius autem erit inuenire in morbo futuro. Pendet autem is nunc ex plenitudine, nunc ex cacochymia, aut humorum vitio. Atque huic quidem, si diligenter aduertas, aduersatur purgatio, illi verò sanguinis missio. Quam quidem statim atque

Affectus magis internus remedia exigit vehementiora.

Piper nullam virtutem retinet vbi hepar pertransierit.

Sic lactuca magis ventriculū quàm hepar refrigerat, ac minimè ipsum cerebrum.

Lactuca à cena exhibenda vbi somnum prouocare placet.

Idem obseruandum in medicamentis concoquentibus.

Tenuis substantiæ medicamenta maximè cōueniunt in affectibus internis.

Frigida medicamenta crassarū partium affectum calidum aliquādo adhuc magis incalfaciunt quàm refrigerant.

Morbus factus facilè inuenit contrarium.

Difficiliùs morbus futurus.

Cacochymiæ aduersatur purgatio: Plenitudini sanguinis missio.

Venæsectio statim scripo

atque à principio facere licebit: purgationem verò non nisi tandem. Nam humores non nisi post concoctionẽ expurgari possunt. Causa diuersitatis est, quia phlebotomia humores ducit per latam ac sectam venam, purgatio per angustias venarum hepatis, per quas non nisi leuiores humores descendere possunt. Scio quòd crassus ex ventriculo succus illac ad hepar transeat, sed traductio illa fit paulatim: purgatio verò affatim. Quare humores prius quam purgentur, concoctione, hoc est attenuatione, indigent. Verùm ne huius quidem vnus modus existit, sed rursum quandam contrarietatem quærere atque inire oportet. Sic lenti & pertinaces humores egent abstergentibus, crassi verò primùm incidentibus, postea attenuantibus. In morbo fiente sæpe vtroque vtimur remedio, & simul aduersus morbum & morbi causam procedimus. Atque in febre quidem nunc ipsam, nunc ipsius causam magis demolimur. Quippe intermissionis aut remissionis tempore, morbum futurum per concoquentia ac euacuantia prohibemus: tempore verò paroxysmi magis cum ipso morbo conflictamur. Ita hîc frigida, illic magis calida exhibemus. Nec tamen frigida tantùm, vt quæ solum morbum factum respiciant, verumetiam aperientia quædam, quæ materiæ viam aperiant. Sic nequaquam aquam solam propinamus, sed quæ aut mel, aut saccharum, aut acetum incoctum habeat. Atque hoc modo non solùm refrigerat, sed simul putredinem dissipat. Ita neque remissionis tempore causam expugnantes, morbum relinquimus, sed compositum medicamentum, ex iis quæ

test, purgatio non ita.

Diuersitatis ratio.

Traductio succi ex ventriculo ad hepar fit paulatim, purgatio verò affatim.

Humores ante expurgationem attenuandi.

Attenuandi humores modus varius.

Lenti humores abstergentia volunt.

Crassi primũ incidentia, deinde attenuantia.

In febre aliquando ipsi magis occurrimus, aliquãdo ipsius causæ.

Intermissionis tempore calida, aliàs frigida exhibenda.

Aqua cum melle, saccharo, aut aceto, non solùm refrigerat, sed etiam putredinem dissipat.

Intermissionis tempore refrigeramus & humectamus.

Febris plerunq. magis calida quam ficca.

quæ materiam attenuant, & factam febrẽ alterant, hoc est, refrigerant & deinde humectant, describimus. Ferè enim febris magis calida quàm sicca. Aliquando quidem è contrario, magis sicca quàm calida, vbi & contrà humidis magis vtimur quàm frigidis. Atque talis quidem febris hectica, & quæ facilè in hecticas transeunt, diariæ; vtpote ex ira, tristitia, labore, vigilia, nimio studio, æstu exortæ. Tales etiam febres lentæ ex cholera admodum crassa, pituita lenta: & rursus multum crassa melancholia, quintanæ, sextanæ, quæ potiùs nos tabefaciunt quàm relinquunt.

Aliquando tamen ficca, magis quàm calida, in qua magis humectamus quàm refrigeramus

Talis hectica & quædam diariæ.

Talis etiam febris lenta ex cholera crassa, pituita lenta, & melancholia valde crassa.

ATQVE hæc quidem mihi ad generalem morborum ex intemperie curationem sufficere videntur, modò euacuationum genera distinxerimus. Sunt enim quædam vniuersales, quædam particulares. Et quidem vniuersales, si quando necessariæ sint purgationes, præuertere debent. Voco autem vniuersales, quæ promptè intimum corporis robur peruadunt ac exhauriunt. Talis phlebotomia ex vena magna, talis purgatio. Atque illa quidem (inquiunt) tollit plenitudinem, purgatio autem humorum vitium. Interim ne hæc phlebotomiæ ratio nimis breuis sit. Nam nequaquam solum sanguinem mittimus vbi plenitudo vrget, verum etiam citra plenitudinem, vbi morbi magnitudo imminet. Sic in omnibus internis inflammationibus sanguinem auferimus, modò ætas, regio, anni tempus & reliqua admittant. Idem facimus ad reuellendum in iis qui ex alto ceciderunt, aut aliter vulnerati aut contusi sunt. Melius enim est vel modicum sanguinem mittere, quàm hîc aut alibi

Euacuationes diuersæ.

Vniuersales quãdo necessariæ præcedere debent.

Vniuersales quæ dicãtur.

Phlebotomia ex vena magna.

Purgatio.

Non solũ sanguinem mittimus aduersus plenitudinẽ, sed etiam aduersus morbi magnitudinem.

Ita in omnibus internis inflammatio nibus.

Ita in vulneratis aut contusis.

Venæ sectio non solum

morbum

morbum augere. Omitto iam non solùm sanguinem tollere, venæ apertionem, sed etiam aliquot humores peruersos. Ita & in febribus melius est ipsum educi, quàm accendi, ac inflammari. Quare duabus occasionibus febricitantibus conuenit sanguinis missio. Hinc quoq. rectè Galenus in omnibus febribus, eam vtilitatem aliquam adferre affirmauit. Rectiùs igitur phlebotomia dicetur, quæ sanguinẽ euacuat; nã semper plus sanguinis quàm alterius educit humoris. Sed iam nõ est vnica eius differentia, verùm alia ex poplite, alia ex brachio: & hîc iterum, alia ex interna, alia ex vena externa, alia ex media. Similiter neque purgationis vna species, sed alia per clysteres iniicitur, alia per os sumitur. Et rursum huius altera species, humores effert ad superiora, altera deiicit per inferiora. Iterum alia pituitam elicit, alia bilem, alia melancholiam.

Venæ sectio non solùm sanguinem tollit, sed etiam alios humores. Dupliciter phlebotomia conuenit in febribus. in omnibus febribus aliquam vtilitatem adfert. Phlebotomiæ melior definitio. Phlebotomia admodum varia. Sic & ipsa purgatio.

HACTENVS de vniuersalibus euacuationibus. Particulares sunt quæ duntaxat priuatum aliquem locum exhauriunt, vt sunt sternutamenta, apophlegmatismi, tusses. Similiter in pede ac parua manu venarum sectio partes proximas euacuat, nequaquam procul dissitas. Quædam medio modo sese habent, quemadmodum hæmorrhoïdes, menstrua, sudores, vrinæ. Aliquando enim proximas partes euacuant: aliquando etiam vniuersum corpus alleuiant.

Euacuationes particulares. Sternutamẽta, apophlegmatismi. Venæ sectio in pede, aut parua manu Euacuationes medio modo sese habentes. Hæmorrhoïdes, menstrua, sudores.

ATQVE hæc ad qualitatem euacuationis, & medicamentorum pertinent. Deinceps eorundem oportet inuestigare quantitatem. Non enim vbique æqualem sanguinem educere licet, sed nunc plus, nunc minus, pro natura cuiusque morbi ac ipsius ægri.

Euacuationis quantitas. Venæ sectio aut purgatio pro natura morbi ac ipsius ægri administranda.

ægri. Sic neque omnibus idem medicamentorum pondus conuenit. Nam robusti ac stupidi vehementiùs: reliqui mitius medicamentum postulant. Est tamen aliquando, vbi debiles grauius medicamentum quàm robusti ac fortes expetant. Sed neque his tota constat medicatio: ampliùs singulorum medicaminum vsum, modum, aut apparatum (modò ita mauis dicere) oportet cognoscere. Hoc quidem docebit diuersa partium natura. Nam vt nemo laborante primo digito, medicamentum apponet quinto: ita vbique sic medicamentum comparare oportet vt quàm maximè insinuetur loco affecto. Proinde laborantibus exterioribus capitis partibus, circũscribimus externa cerata, fométa, emplastra. Prioribus ventriculis laborãtibus mouemus sternutamenta, adhibemus capurpurgia, alibi apophlegmatismos componimus, alibi gargarismata. Laborãti pectori eligmata conueniunt: affecto stomacho succurrunt syrupi: ventriculo inferiori pulueres, ac quædam alia solida: inferioribus intestinis clysteres: superioribus pocula: remotiores partes purgamus per catapotia.

Aliquando debiles maius medicamentum robustis postulant.

Medicamentorum vsus, modus, ac apparatus.

Medicamentum maximè parandũ pro loco affecto.

Cerata, fomenta, emplastra.

Capurpurgia, apophlegmatismi.

Gargarismata.

Eligmata.

Syrupi.

Pulueres.

Clysteres.

Pocula.

Catapotia.

Curatio solutionis continui.

Curatio vulnerum.

Ac hæc de curatione generali morborum ex intemperie: paucioribus verbis eget curatio solutionis continui. Nam leuia vulnera in carne per se curantur: grauiora, præsertim in membranis, alligatione, futuris, fibulis indigent. Atqui ne id quidem sufficit: præterea cauere oportet ne postea foris aliquid incidat, aut ex corpore eo aliquid clàm ascendat. Nihil enim horum est, quod ipsarum partium coalitum non impediat. Et quidem defluxionem ab vniuerso corpore ex contraria

Reuulsio ex contraria parte.

parte

parte retrahimus: quod verò generatur in eadem parte, commodè euacuat sectio eiusdem partis, in eo quidem loco vnde iucundissimè sese expurget. Nouissimè præ omnibus aliis magis obseruandum vt pars diligenter exsiccetur, idque multis de causis. Non enim solùm ipsam fluxionem medicatur, verumetiam ad carnis recreationem, cicatricisque inductionem ac cõglutinationem plurimùm confert. Vide igitur an non bene à veteribus dictum sit, omnia vlcera exsiccatione indigere, sed tamen diuersimodè. Nam maximè sicca cicatricem amãt: minùs sicca conglutinationem: minimè, hoc est, in primo ordine, sicca, incarnationem. Sed neque eodem tempore ista obeunda: verùm incarnatio præcedit cicatricem, cicatrix verò ipsam conglutinationem. Non enim quæ diuersi sunt generis, sed eiusdem, vt licet, inuicem copulari possunt. Iam conglutinatio in quibusdam simpliciter est possibilis; in osse verò, neruo ac cute, impossibilis. Nam quemadmodum res externæ siccæ ac duræ, glutine opus habent intercedente: ita in corpore partes siccæ: multò minùs si quando semel perierint, reparari possunt; sed nescio quod supplementum illarum loco suscipiunt, pro cute scilicet cicatricem, pro osse callum, qui ab osse multis modis differt, & ampliùs ruditate quadam ac duritie. Ita neque cicatrix cum cute eadem est, sed paulo densior. Cuius quidem rei duplex est argumentum, quòd scilicet pilis postea nunquam vestiatur, & quòd quæuis alia pars, priùs quàm hæc exulceretur. Scio recentem carnem per se molliorem, sed natura in hisce partibus ignaua,

Quid vltimò in curatione vulnerum obseruandũ.

Omnia vlcera exsiccatione indigent.

Maximè sicca cicatricem amant.

Minus sicca conglutinationem, minimè incarnationem.

Incarnatio antecedit cicatricem, & hæc conglutinationem.

Conglutinatio in quibusdam simpliciter possibilis: in quibusdam impossibilis.

Comparatio cum rebus externis.

Partes quædã semel peritæ restitui non possunt.

Pro cute cicatrix substituitur.

Pro osse callus.

Cicatrix cute durior.

nec potest quod periit regignere, vix sufficit rude aliquid in eius locum substituere, minus elaboratum, profectò multò terrestrius. Proinde neque totum de cet naturæ relinquere, sed quantum in nobis est› parti ablatæ aliquid quàm simillimum reddere, & saniei erumpentis quantitatẽ, & qualitatem expendere. Ea enim errorem ostendet, ac si paulo terrestrior fuerit sanies, tenuius; sin verò aquosior, crassius alimentum dare expedit. Sic & alimentum subtrahere oportebit, si quando liberalior exuperet: augere autem vbi parcior. Non minùs terret solutio continui in neruo; nam propter sensum vehementem ferè dolor in his locis materiæ multitudinem adtocat, quæ conuulsionem minatur, maximè vbi per transuersum facta est incisio, cùm hic dolor sit multò maior. Nec refert, quòd vulnus hoc aliquando paruum sit, & quasi punctim inflictum; nam ferè hoc ipsum periculosissimum, & maiorem apertionem postulat, vt ipsa materia promptiùs purgetur. Quod vbi factum fuerit, iam primùm conglutinationi erit incumbendum. Ita vbique etiam alibi diuersi affectus diuersam curationem postulant. Sic cum fracto osse sæpe complicatur musculorum collisio, cum magnis vlceribus cauitas, cum malignis inflammatio. Sæpe etiam sordes aliquæ vulneri illabuntur, quas primùm eluere oportet. Sic & humores si qui impacti fuerint, medicamentis priùs decet abstergere. Multò minùs partem exulceratam compones, priusquam inflammationem fugaueris: aut os conglutinabis priusquam contusionem exolueris. Hæc enim omnia ipsa edocet natura.

Saniei quantitas & qualitas expendenda.

Solutio cõtinui in neruo.

Vulnera neruorum quantumuis parua, tamen periculosissima.

Curatio solutionis continui in neruo.

Diuersi affectus simul concurrẽtes.

Sordes & humores in vulneribus abstergendi.

Curatio vlcerum.

natura. Sed quòd & parti afflictæ, ſuam debeas reſtituere temperaturam, priuſquam poſſis vlceri prodeſſe, aut bonam carnem reſtituere, per ſe manifeſtum eſt. Nam hac ferè ſola ratione caro maligna ſuperexcreſcit.

ATQVE hæc de generali curatione ſolutionis continui, atque eius difficultate. Supereſt eandem vniuerſalem methodum oſtendere in ipſis morbis inſtrumentariis, aut ex compoſitione, inter quos ſeſe primùm offert morbus in figura. Eſt autem is duplex. Aliquando exteriorem partium figuram vitiat: aliquando interiorem. Et quidem exterior vitiatur ob oſſium aut ligamentorum iniquitatem. Igitur oſſa ipſa vitiata in recenter natis, atque infantibus curam admittunt, ſed poſtea omnem reſpuunt atque contemnunt. Fortè neque obtorta ligamentorum ratione curationem recipiunt, quòd oſſa aut ligamenta poſtquam temporis ſpatio induruerunt, relaxari aut aliter flecti nequeant. Proinde neque fortunata poſtea in oſſibus vitia emendari poſſunt inueterata, duntaxat recentia. Nam in veteratis callus obduratus adeò, vt priùs alibi os frangas quàm ipſum callum, verùm adhuc recens ſolui poteſt. Interiorem figuram ſæpe violat ipſarum rerum læuitas, aſperitas, anguſtia, obſtructio, maior aut minor latitudo vel laxitas. Igitur neque de iis vno modo dicere poſſumus. Nam anguſtia naturalis, quamdiu corpora adoleſcunt, explicari poteſt, poſtea verò nequit. Sed neque carnea tubercula poſtea ſuborta facilem curationem admittunt. Verùm quæ ex humoribus oritur anguſtia aut obſtructio, medicamentis plerunque

Curatio morborũ inſtrumentalium.

Curatio morbi in figura exteriore.

Inueterata in oſſibus vitia emendari non poſſunt.

Curatio figuræ interioris vitiatæ.

Anguſtia aut obſtructio ex humoribus quomodo auferenda.

obtemperat, quaimquam ne hîc quidem omnia medicamenta omnibus idonea, sed iuxta humorum diuersitatem nunc hæc, nunc illa conueniunt. Multi humores egent euacuatione ac praui, antea concoctione, eaque varia. Nam pertinaces ac viscosi indigent deradentibus & abstergentibus: crassi attenuantibus ac primùm incidentibus, ferè autem iis tribus ex ordine omnibus. Nam primùm eos ferè oportet abstergere, deinde obiter incidere, ac postea attenuare. Attenuatio fit per amara: incisio per acria. Et hæc quidem obstructio magna ex parte oritur in ipsis mezaraicis, atque magis in ipsis angustiis hepatis. Quæ verò in intestinis euenit, plerumque à duro stercore fit. Atque hoc tale quidem ferè ob tres causas: aut propter magnam corporis atque hepatis auaritiam omnem succum ablumentis. atque hæc copiosiorem cibum desiderat. Aliquando in causa est ipsius hepatis inertia aut ignauia. Nam cùm singula in corpore bene geruntur, ad intestina hepar bilem transmittit, quæ in ipsis titillationem quandam excitat, quam ventris indignatio sequitur, ac prouocatio. Sæpe est in causa aut naturalis, aut ascititia intestinorum siccitas, quæ multa dilutione indiget. Quare hîc multa iuscula conuenient & pinguia, quæ si iniiciantur, parùm salsa esse conuenit, vt diutius morata totum ventrem diligenter commadefaciant ac macerent. Vbi autem inertia ventris in causa est, hîc è contrario ea quæ iniiciuntur aut bibûtur, magis salsa & acria esse conuenit. In clysteribus sæpe hunc ordinem obseruare oportet, vt prior emolliat, posterior verò, qui eodem aut altero die infundi-

Humores viscosi abstergentia requirunt:

Crassi incidentia ac attenuantia:

Attenuatio fit per amara.

Incisio per acria.

Obstructio in mezaraicis.

In intestinis.

Feces duræ tribus de causis.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Ordo in clysteribus iniiciendis.

infunditur, ſtimulet ac mordeat. Quod faciet, ſi plus ſalis contineat, aut aliquid acrimoniæ, aut parum aloës. Nam quæ ſimpliciter purgant aut attrahunt medicamenta, hîc minimè conueniunt. Proximè fit obſtructio in renibus, aut altero, aut vtroque, præſertim vbi calculus multo interſternitur lentore. Vbi primò conueniunt incidentia, mox lapidem comminuentia, nouiſſimè quæ deducant, prouocent, aut expurgent. Collum veſicæ ſæpe lapis obſtruit, præſertim vbi minor fuerit, aut calculus ex renibus deſcenderit. Atque hîc ſemper conuenit tranſpoſitio. quam moliuntur. nonnulli ſyphone argenteo per penem immiſſo. Quibuſdam etiam mollior cereus ſufficit. Alij capite deorſum deuoluto, vtrumque latus concuti iubent, donec lapis aut calculus euolutus fuerit. Ac vera quidem curatio eſt exciſio: quemadmodum & alibi quicquid meatum occludit, aut anguſtiam in eo facit, ablationem deſiderat. Et quidem diuerſa diuerſimodè auferuntur; lapides puto, vermes, & id genus alia. Verùm humores euacuatione tolluntur, ac alij venæ ſectione, alij purgatione, alij alio modo. Sanguinis multitudo in venis, ſectione, alij verò humores purgatione, ac ea rurſum admodum diuerſa. Nam qui ventriculi fundum obtinent, aut inteſtina, per ſedē euacuantur: qui verò ipſum ventriculum, aut magis ipſius ſuperiorem partem, vomitu per os reiiciūtur, quippe natura vbique compendiū quærit. Atque hac fortè cauſa, æſtatis tempore omnem (circumciſis reliquis accidentibus) purgationem molimur per ſuperiora. Nam attracti à medicamento humores ad ventriculum, breuiùs

Obſtructio in renibus.

Curatio.

Obſtructio colli veſicæ.

Lapidis tranſpoſitio quibus fiat.

Vera curatio, exciſio.

Obſtructionis ex humoribus factæ curatio.

Humores euacuatione auferuntur.

Sanguis, venæ ſectione.

Alij humores, purgationem.

Qui in ventriculi fundo aut inteſtinis per ſedem.

Qui in ſuperiore magis parte, vomitu.

Quare tempore æſtatis omnem ferè purgationē faciamus per ſuperiora.

euacuantur per os, quàm multos ac longos inteſtinorum anfractus. Ob eandem quoque cauſam humores citra hepar per ventrem, ſupra autem ipſum, per vrinam promptiùs abeunt: niſi fortè multi fuerint; nam tum promptè per renes purgari non poſſunt, propter venarum & meatuum angu-ſtiam. Scio quidem & in hepate admodum angu-ſtas eſſe, ſed hîc multò ſunt plures. Iam neque omnia quæ ventrem obſident, medicamentis purgantibus cedunt, tantùm quæ humorum naturam induerunt. Nam chylus, aut magis recens potus ac cibus per ſe nequaquam medicamenta audiunt, ſed vomitu ſurſum reiici poſtulant. Fit autem is, quibuſdam medicamentis ſtomachum laxantibus, vellicantibus, ac infirmantibus. Nec quidem omnia medicamenta talia, duntaxat quædam ac multo ſucco, aut aqua diluta. Atque hoc quidem veterum medicorum præceptum, contra quod nimis impudenter peccant qui futuram ac præteritam crapulam, pilulis quibuſdam ante cibum, aut poſt eum exhibitis medicantur. Non enim medicamenta per ſe eam ſaburram deiiciunt, ſed quòd in ventre quendam pruritum ſuſcitent. Sed nec citra corporis periculum crudus per ventrem cibus defertur, multò tutiùs per gulam deiicitur. Sed de his alibi. Venio ad ea quæ pectus per tuſſim expurgant; nam neque hæc ex quibuſuis, ſed attenuantibus cum quadam humiditate coniunctis, componuntur. Nec omnem formam recipiunt, ſed eligmatum, ſyrupis paulo craſſiorum. Caput expurgatur per varios meatus: ac habitus corporis per cutem, & medicamentis tenuium partium:

Quare humores citra hepar facilius per ventrem, ſupra autem per vrinam purgentur.

Non omnia in vētre contenta purgātibus medicamentis cedunt.

Chylus ac recens cibus vomitu magis reiiciūtur.

Vomitus quibus fiat.

Error eorum qui futuram aut præteritā crapulam pilulis ante cibum conantur curare.

Non citra periculum crudus cibus per ventrem deiicitur.

Humores in pectore per tuſſim expurgantur.

Eligmatum forma.

Humores in capite, per varios meatus.

In habitu corporis per cutis meatus.

sæpe etiam frictione, cucurbitulis atque scarificatione opus est. Aliquando affectus pertinacior est, ac igne, aliisque medicamentis adurentibus indiget, præsertim vbi venenum impactum est, quod de morsu canis rabidi dicitur. Nec inuritur duntaxat exterior corporis facies, sæpe etiam vis eius altiùs insinuatur: sic inuruntur hydropici ac suppurati. Sed ad obstructionem atque angustiam redeundum est; nam non semper simplex est: aliquando vitiatam ossium figuram: aliquando collisionem, aut compressionem: sæpe inflãmationem, aut tumorem aliquem sequitur. A quo quidem loco ipsa inflammatio, aut quicquid aliud fuerit, quod obstructionem commisit, ante ipsam obstructionem tollendum est. Et quidem ipsa inflammatio magna ex parte oritur sanguine è venis in partem aliquam decumbente, & sua copia proximas quasque implente. Quocirca quod influxit, aut per eam ipsam partem est euacuandũ, aut rursum in eam vnde defluxit, reuocandum. Ac primùm quidem rarissimè facere licet, & duntaxat in corpore admodum extenuato, ac sanguinis & aliorum humorum inope. Ferè enim semper periculum imminet, ne, saltem ex proximis, plus adducas, quàm ipsa parte educas. Quippe fluxus fluxum prouocat: quo fit vt pro pauca materia euacuata, affluat atque succedat quamplurima. Igitur non antea hanc euacuationem licebit tentare, quàm quicquid circumiacet, fuerit exhaustum, aut saltem in remotiores partes, per vincula, scarificationes, aut cucurbitulas retractum: ac tantùm in corporibus vacuis & extenuatis, vtpote senibus & pueris.

Venenum impactum aduretur exigit.

Hydropici ac suppurati.

Dicta angustia atque obstructio non semper simplex.

Inflammatio ante obstructionem tollenda.

Inflammationis origo.

Inflammationis curatio.

Fluxus fluxũ prouocat.

Euacuationé per ipsam partem quando tentare liceat.

In corporibus plenis aut etiam mediocribus per contrariã partẽ fienda euacuatio.

& pueris. Nam in plenis ac mediocribus satius est euidentem quantitatem per contrariam partem euacuare. Non enim dolor duntaxat copiosum aut superfluum, sed & modicum sanguinem attrahit. Saltem qui in venis magnis aut paruis ipsius partis affectæ latet, melius ac facilius exprimetur in proximas venas vacuas, quàm plenas aut modicas. Id autem facient, partim medicamenta repercutientia parti circumposita: partim natura medicamentis roborata. Nam vt infirma, quasi sentina, proximarum partium, omnes sordes recipit: ita sperandum erit corroborataın proximis partibus reponere. Dixi autem priùs, Qui in venis magnis aut parvis hæret; nam qui extra venas in spatium aliquod intermedium incidit, difficilè regurgitare poterit, sed per ipsam partem dissipari ac resolui debebit: partim scarificationibus ac cucurbitulis: partim medicamentis resoluentibus, nunc acrioribus, nunc mitioribus. Nam si affectus sub ipsa externa fuerit cute, acria nec postulat, nec tolerat: sin autem in alto sederit, atque externa facies integra fuerit, non solùm sunt innoxia, verumetiam omnino necessaria. Ac maximè talia esse debent quando pars affecta densa est ac solida. Nam rara & mollis facilè materiam demittit. Ita priuata aliqua particula, caro ipsa, citra discrimen laxari poterit. Verùm primaria, aut quæ publicum aliquod munus obtinet, nunquam, ne in fine quidem citra discrimen, sola acria, aut relaxantia ferret. Dissoluitur enim atque effœminatur his eorum viscerum virtus, quæ toti corpori erat necessaria: proinde hæc vbique societate astrin-

Sanguis qui è venis excidit, difficilè regurgitat.

Resoluentia.

Mitiora.

Acria.

Priuatæ partes corporis fine periculo laxari possũt.

Primariæ autem numquam.

Astringentia quando re-

gentium

gentium indigent. Sic omnibus medicamentis quę humores in hepate demoliuntur, concoquunt, aut expurgant, Galenus myrrham, ſquinantum adiicit. Optimum tamen fuerit ſi idem medicamentum vtraſque vires obtinuerit ex natura: nam ars naturam imitari, aſſequi minimè poteſt. Iam aſtringentia per ſe periclitantur, ne diutiùs in via morata facultatem ſuam amittant. At vbi acribus coniuncta ſunt, ſimul ferè tranſeunt. Hac de cauſa Galenus dracuntium, aron, pæoniam, filicem, & id genus alia pulcherrima remedia aduerſus interiorum viſcerum obſtructiones habuit, quòd vtramque facultatem attenuandi ac aſtringendi ſimul obtineant, & plerumque ſubtilium partium exiſtant. Talia rurſum aromatica, quæ & ipſa ſæpe aſtringendi virtute prædita ſunt. Nam fieri non poteſt, quin hæc tenui ſubſtantia prædita ſint, quæ facilè penetrat: quippe ſolùm id quod tenuis ſubſtantiæ eſt (innuente Galeno) odorem ſuum proximis corporibus communicare poterit. Sed ea de re alibi, ac maximè in libris De ſimplicium facultatibus. Malo nunc docere quid quartò ſit obſeruandum in deiectione humorũ. Dependet autem hoc ex partis laborantis figura, prout mũltis, aut paucis, aut etiam nullis meatibus eſt formata, per quos purgari poſſit. Vbique enim natura amat compendium, ac fruſtrà moliremur expurgationem alicuius viſceris per longum aliquem meatum, aut inſenſibilem quando ipſa particula habet ſenſibilem ac liberalem. Sic nunquam inflammationes aut pondus viſcerum interiorum expurgamus per cutem, negligentes meatus interiores.

laxantibus miſcenda.

Optimum tamen medicamentum quod vtraq. facultate naturaliter præditum.

Ars imitatur naturam.

Pulcherrima remedia aduerſus obſtructiones viſcerum interiorum.

Aromatica medicamenta.

In humorũ expurgatione quid quartò obſeruandum.

Nam

Nam multo maiori compendio expurgamus hepar per ventrem aut renes, quàm per habitum corporis exteriorem. Atque quomodo non erit temerarius qui pleuritidem magis conatur expurgare per latus, quàm pulmonem? Atque hæc omnia edocet ipsa natura. Eadem etiam docet intemperamentum ab humoribus relictum tollere; nam siue calidum fuerit, siue frigidum, facilè superueniens alimentum sequitur illius indolem. Nec tamen in immensum aut temerè alterandum, sed quemadmodum in ipsa euacuatione oportuit tenere naturæ propositæ modum: ita & in ipsa alteratione. Nam plus sanguinis debet relinqui athletæ quàm temperato, ac rursum plus temperato quàm bilioso. Sic plus relinques pituitæ, pituitoso, quàm bilioso. Multò minùs refrigerabis biliosum donec exhibuerit habitum ac naturam pituitosi aut temperati. Sed vnumquemq. reduces ad propriam naturam, quod quidem illi facile erit, qui antè naturam ægri familiariter ac diligenter cognouerit. Sed quid illis facies qui ne propositam quidem naturam agnoscunt? Ego quidem tales vulgares medicos puto, qui noctu ac diu multos annos cum aliis componant, sed nihil minùs quàm ipsorum naturam obseruant, quibus ego ne calcaneum quidem curandum commiserim. Quare nunc de his loquor qui sanitatis tempore in amicis suis ac familiaribus, pulsus rationem, vrinæ ac totius corporis conditionem expendunt. De quibus non est dubium, quin facilè ac promptè mediam quandam rationem tenebunt, nec plus minusque æquo alterabunt. Quo sanè loco qui in incogni-

Intemperies ab humoribus relicta quomodo tollenda.

Alteratio quousque fieri liceat.

Vnaquæque intemperies ad priorem ac propriam reducenda temperiem. Multùm prodest cognitã habere ægri naturam.

tum

tum ægrum inciderit, quibuſdam duntaxat interrogationibus ac notis quas in corpore inuenier, quendam licebit generalem contingere terminum. Sed huic noſtræ ignorantiæ plerumque ſuccurrit natura, quæ maioribus impedimentis affecta ad modum aquæ incalfactæ, ferè ſeſe ipſam recreat.

Ignorantiæ noſtræ ſuccurrit ipſa natura.

SVPEREST tertiam in figura, morbi ſpeciem percurrere, quam nos in aſperitate ac læuitate conſtituimus. Quæ quidem nequaquam in omnibus annotantur partibus, ſed magis in oſſibus, lingua & aſpera arteria. Et quidem læuitas oſſium ex multo pendet mucco, ac ſæpe ignem poſtulat. Verùm eorundem aſperitas magis limæ obtemperat. Mitioribus multò aſperitas linguæ & aſperæ arteriæ cedit, ſolis enim ſæpe humectantibus corrigitur: læuitas verò abſtergentibus, ac deradentibus. Atque iis omnibus tamen aſtrictoria facultate participantibus, vel quòd pars leuior facta, ſimul & laxa reddita ſit, vel quia verendum erat ne abſtergentia medicamenta nimis celeriter deſcendãt. Ita enim & glycyrrhiza quæ arteriam lenit, ſimul aſtrictoria quadam facultate participat. Sic & oxymeli, & omnia quæ hanc particulam leniunt, aut viſcoſitatis, aut aſtringentis virtutis aliquid coniunctum habent.

Tertij morbi in figura curatio.

Aſperitas & læuitas in oſſibus, lingua, ac aſpera arteria.

Oſſium lęuitas igne tollitur.

Eorundem aſperitas lima.

Aſperitas linguæ & aſperæ arteriæ humectantibus, læuitas abſtergentibus.

NON erit opus tam multis verbis in curatione morbi ex numero. Nam pars deſiderata reponi rarò poteſt. Nec enim cuiuſuis partis iactura ad numerum pertinet, ſed inſtrumentalis duntaxat. Ita iactura venæ, arteriæ, articuli digiti, naſi ad numerum refertur, quorum nihil, ne ſimilitudo quidem

Curatio morborum in numero.

Iactura partis inſtrumentalis tantùm ad numerum pertinet.

Vena, arteria, articulus ablatus reſtitui non poteſt.

quidem reponi poteſt, ſufficit qualecunque corpus inanimatum in eius locum ſubſtituere. Igitur nec quiuis exceſſus ad numerum pertinet, duntaxat vbi pars inſtrumentalis abundat. Sic ſextus nonnunquam digitus ſuperat, aut in ipſo digito aliquis articulus. Quod quidem malum nunc ferro, nunc aliter tollimus. Secundò ad numerum pertinent, quæcumque toto genere præter naturam exiſtunt, vt lapides, calculi, vermes. Idem Galenus æſtimat de pure, atque aliis corpuſculis in ipſis ſuffuſionibus. Vbi animaduertendum eſt, quòd huiuſmodi nequaquam ſimplicem morbum faciant, ſed aliquando duplicem. Sæpe enim lapis aut calculus in veſicæ collum impingit, ac obſtructionem parit. Ita ſubinde pus, aut humor aliquis ante pupillam viſum tollit. In quibus omnibus maximè laborandum, vt ſubitò quicquid id ſit, è corpore eximatur. Quod ſi quando fieri nequit, ſaltem illud conandum vt aliò transferatur, & ipſa obſtructio auferatur. In hoc interim ſublatis pedibus, ac capite deorſum collocato, tantiſper vtrumque latus concutitur, quouſque lapis veſicæ collo exciderit. Hoc modo & ſuffuſio aliquando è regione pupillæ, per capitis concuſſionem in latus diuertitur. Atque ſic quidem obſtructio tollitur, interim morbus in numero relinquitur.

Sic quoque exceſſus tantùm partis inſtrumentalis.

Secundò ad numerum pertinent, quæ toto genere præter naturã ſunt.

An pus ſimiliter ad numerum pertineat.

Morbus duplex.

Prædictorũ curatio.

Lapidis tranſpoſitio.

Suffuſionis diuerſio.

RARIOR eſt morbus in magnitudine, rarò enim contingit totius corporis, aut ipſius priuatæ partis magnitudinem aut paruitatem vitiare operationem. accidit tamen aliquando. Ita cuiuſdam lingua adeò excreuit, vt difficulter aut mandere, aut loqui poſſet. Rurſus quidam Nicomachus

Curatio morborum in magnitudine.

Hi morbi rari.

vniuerſi

vniuerſi corporis mole laborauit. Atque hanc quidem tempore multis ac diuerſis euacuationibus, vitæque parſimonia poteris minuere; interim corpus extenuatum augere admodùm erit difficile. Verú nec hîc ipſa corporis tenuitas ſæpe morbus eſt, magis ipſa intemperatura quæ corpus attenuauit. Eſt vbi manus, brachiũ, crus ſingulos articulos habet, ſed aut omnes, aut quoſdam contractiores, breuioreſque, quàm vt ſuo muneri ſufficiant. Quod quidem vitium conqueri magis quàm medicari licet.

Vniuerſi corporis moles quomodo curanda.

Manus, brachij, aut cruris cõtractio.

RESTAT nunc nouiſſimum morbi inſtrumentalis perſtringere, quod in ſitu collocant, cuius prima ſpecies in oſſibus deprehenditur, vbi ſimpliciter luxata ſunt, aut aliquo modo loco ſuo dimota, ac pro diuerſa cauſa diuerſam curationem poſtulant. Si muccus in cauſa ſit, conſumptionem & exſiccationẽ ipſa requirunt: ſi caſus aut impetus aliquis, reductione indigent, & iis quæ oſſa ipſa in loco ſuo per multam quietẽ confirment, colligent, ac aſtringant. Secunda in ſitu morbi ſpecies eſt vbi continens diſruptum ſuum dimittit cõtentum. Ita peritonæo aut abdomine diſrupto, nunc omẽtum, nunc inteſtinum, aliquando cæcum, aliquando colon labitur in ſcrotum. Et quidem inteſtinum per quietem, aut aliter incalfactum per ſe ſæpe regurgitat, ac reuertitur: omentum verò nunquam, quia ſegnius vel grauius, vel quia ſemel refrigeratum ægrè incalefit. Iam certum eſt calidum promptiùs ſequi frigido, frigidum enim immobile. Igitur hîc duplex labor: oportet enim inteſtinum, aut omentum manu reponere, ac vulnus ipſum conſuere ac conſtrin-

Morborũ in ſitu curatio

Curatio primæ ſpeciei.

Curatio ſecũdæ ſpeciei.

Inteſtinum prolapſum ſæpe per ſe locum ſuum repetit.

Inteſtini aut omenti prolapſi curatio.

constringere. Non dicam nunc quando omentum excidere, aut ipsum testem eruere, aut relinquere deceat, cùm hoc ad specialem potiùs, quàm generalem curationem spectet, & hoc in loco communiores tantùm dignitates recẽsere proposuerimus.

Curatio tertiæ speciei.

Quare præstat iis omissis tertiam morborum in situ aggredi differentiam, quæ ex ligamentorum, aut neruorum dependet contractione, laxitate, aut rigore. Laxitatis quidem vna causa est multa humiditas, quæ exsiccatione indiget. Rigor autem vel contractio nunc siccitatem sequitur, ac difficilem magis obtinet curationem: aliquando inflammationem aut tumorem, ac discutientibus eget. Sed de his iam satis: videor enim nunc mihi iuxta Galenum & conseruationis corporum sanorum, & curationis ægrorũ totam absoluisse methodum.

A laxitate curatio.

A rigore vel cõtractione.

Ab inflammatione, aut tumore.

Præseruatio corporum neutrorum.

RESTAT tertia pars quæ corpora neutra, id est, periclitantia, aut propediem ægrotatura ab instantibus morbis præseruat. Sed nec hæc multis verbis indiget, cùm hæc dispositio, partim in morbo fiente dicta sit, ac tantùm quantitate dissideat. Quippe in fiente morbo pars futura prope adest, hîc verò duntaxat instat: semina tamen in vtroque loco iam iacta sunt, quæ procedente tempore in morbum excrescerent, nisi præcautio adhiberetur, quæ, quemadmodum Cato dixit, pusilla omnino perdit, ac magna omnino pusilla reddit. Est autem vna præcautio, humores priusquam in mollem effatu dignam accrescant, euacuatione anticipare. Neque enim quiuis statim humor malignus morbum suscitabit, sed postquam sua multitudine naturæ euidenter molestus esse cœperit. Augetur

Quomodo neutra dispositio differat á morbo fiente.

Præcautio pusilla perdit, ac magna pusilla reddit.

Præcautio vna.

Non omnis humor malignus morbũ procreat.

autem

autem ferè duplici occasione, ac sæpe manet causa quæ ipsum à principio generauit, sicque intemperatura corporis nostri continuè sibi similem humorem parit. Ita victus vnus & idem tandem morbum infert, ac rectè Galenus dixit necessariò tandem in morbum aliquem melancholicum incidere eum, qui perpetuò carne salsa, eaque bouina vtitur. Aliquando prima causa periit, ac quasi infixo aculeo fugit. Sic sæpe temporaria aliquot dierum intemperies corpus incalfecit, & humores infecit. Euenit & hoc aliquando vt assumptum semel atque iterum alimentum, idque tantum, malos humores in corpore fuderit, aut benignos corruperit. Vtrobique enim periculum morbi imminet. Nam licet prior causa desierit, concepti tamen iam humores reliquam molem inficient, nisi eos euacuatione præuertamus. Et quidem multitudo mox euacuari potest: vitium verò priorem concoctionem postulat. Ita neque assumptum venenum, aut morsu alicuius venenatæ bestiæ insinuatum statim homines perdit; aut etiam humores inficit, sed temporis spatio interficit, posteaquam scilicet ad cor eius malignitas peruenerit. Atque his non vno modo occurrendum est, sed sunt alexipharmaca quæ mox venenum per os eiiciunt: sunt quædam quæ loco affecto adhibita, ad se attrahant: sunt rursum quæ illorum naturam omnino ac virtutem corrumpant ac conficiant. Atque hactenus quidem præsens sublatum periculum; sed aliquando adhuc intemperatura quædam relinquitur, ac fortè ab ipso aëre nuper impressa. Quæ rursum nouam in benignis

Humores prauiquomodo augeantur.

Ab intemperatura corporis nostri.

A victu vno & eodem.

Continuus esus carnis salsæ, ac bouinæ, melancholicum morbum tandem adfert.

A temporaria intemperie.

Ex alimento semel atque iterũ assumpto.

Venenum assumptum non statim interficit.

Contra assumpta venena.

Alexipharmaca.

Intemperatura relicta quomodo curetur.

humoribus minatur corruptionem : atque hæc temperamento indiget, nec difficilè parebit. Hoc tantùm genuinæ euenit, quæ non nisi per magnum otium mutari potest. Sed neque ipsa magna festinatione indiget. Non enim affatim morbos genenatione indiget. Non enim affatim morbos generat, sed tèporis spatio, fortè singulis annis redeuntes. Contrariam procurationem postulant, qui ob longam inediam periclitantur, aut vigiliam, laborem, tristitiam. Neque enim his humores detrahimus, sed addimus, eosque replemus ac recreamus. Idem ferè desiderant conualescentes. Nam & hi repleri cupiunt, non quidem subitò, sed paulatim, neque rursum quouis cibo aut potu, sed leuiore. Nam qui sese replere festinant, præsertim solidis cibis, plerumque multis cruditatibus sese onerant. Sed neque hoc obseruasse sufficit, non enim satis est alimentum in ventre ac hepate probè concoqui, ampliùs in totum corpus distribui oportet. Hoc quidem in sanis faciunt iuxta exercitia, sed hîc tutiora erunt leniora vehicula, frictiones, vnctiones, lotiones, modestiora exercitia. Nam non conueniunt consueta opera, priusquam consuetas receperint vires. Nec iam omnia corpora neutra, aut media inter sana & ægra expendimus, superunt extremè senes, quorum procuratio tantùm differt à victu conualescẽtium, quantũ ipsa differt constitutio. Nec differt ea parum; nam conualescentium temperamentum ferè integrum, duntaxat spiritus ac sanguinis inops. Verùm senum temperamentum contractum, frigidum, & siccum. Nec tantùm inopia hi laborant, verumetiam humorum vitio. Quippe paucos humores habent, eosque

Præseruatio eorum qui ob longam inediam, vigiliam, aut laborem periclitantur.

Cõualescentium procuratio.

Secunda eorundem procuratio.

Quemadmodum iusta exercitia conueniunt sanis, sic his leniora.

Senum præseruatio.

Constitutio senum quî differat à constitutione conualescentium.

eosque crudos ac imperfectos. Quocirca illorum procuratio nequaquam simplex est, vt conualescentium, sed composita. Quippe quantum fieri potest, humores crassos ac frigidos in illis percoquemus, solidum verò ipsorum corpus incalfaciemus ac humectabimus, vt senectutem quam simpliciter impedire non possumus, saltem aliqua ex parte moremur ac iucundissimam faciamus. Ac tantum de re medica, hoc est, corporum, signorum, causarum omnium differentia. Continet enim præsens hic liber totius artis Medicæ generalia capita, quæ quisquis sequutus fuerit, fieri non poterit, vt aliquid malè committat. Interim specialiora ex variis aliis libris quærere ac supplere oportet.

Senum procuratio nequaquam vt conualescentiũ simplex.

Senectus simpliciter impediri nequit sed retardari potest.

Totius libri epilogus.

FINIS.

ERRATA.

Pagina 11. *linea vltima*, *dele* ſcilicet. 12 *in margine*, *pro* reddere *ſcribe* lædere. 14. 24. apparent. *in eadem pag. lin.* 27. mollem 16. 23. ipſæ. 18. 3. quæ. 25. 8. earundem. 45. 16. ad modum. 49. 13. frigidam: humidam: *& in ſequenti lin.* ſiccam. 54. 30. hulimum. 55. 1. *pro* calidiores *lege* frigidiores 73. 6. quæ. 78. 2. *poſt* ſuſpicionem *ſcribe* ſit 81. *in margine pro* vita-libus animalibus. 86. 12. autem. 90. 25. *adde* exſiccauit. 109. 7. *dele* non. 112. 23. *adde* vereor. 128. 28. molem.

INDEX OMNIVM EORVM QVÆ HOC Libro continentur.

A

ACCIDENTIA immutata magnum sæpe malum præsagiunt Pag. 82
Accidentia toto genere præter naturam 82 & quando neutram dispositionem, quando ægritudinem significent 84
Aër intemperatus non pro libidine nostra temperari potest, & eius vnicum remedium 93
Aër non metiendus quantitate, aut tempore, tantum qualitate, & somnus dumtaxat tempore & opportunitate 91
Aër simplex, putridus ac pestilens quis dicatur 89 temperatus 93
Affectus diuersi simul concurrentes 116
Affectus internus remedia postulat vehementiora 110
Alexipharmaca 129
Alia distinctio partis affectæ ex morbi specie 67
Alimenti diuersa phantasia non variat temperaturam 93
Alimentum & excrementum 89
Alimentum quod temperatum & intemperatum. & temperati magna differentia 93
Alteratio. quousque fieri liceat 124
Alteratio sensum fugiens contemnenda 89
An corpus temperatissimum omnes simpliciter operationes habeat absolutissimas 14
An corpus temperatum magis præ ceteris, omnibus causis morbosis resistat 15
Angustia & obstructio ex humoribus quomodo auferenda 117 & non semper simplex 121
Anhelitus fœtidus vnde 13. 96
Animi affectus qui incalfaciant, refrigerent, humectent, & exsiccent 91
Animi affectus maximè mouent cor 94
Animi omnis vehemens affectus corpus potius violat quàm conseruat 92
Animi sola tranquillitas prodest, nimia tamen aliquando obest 92
Appetentiæ defectus per se cognoscitur, concoctionis imbecillitas ex dolore à cibo, inflatione, & aliis 74
Appetitus maior aut minor solito, aut etiam calidioris aut frigidioris cibi, ventriculi morbum minatur 77
Appetitus maturior & serior similiter, & vtriusque diuersæ causæ. 78
Appetitus sanorum & ægrorum differentia 57
Aqua cum melle, saccharo, aut aceto non solùm refrigerat, sed & putredinem aufert 111
Arteria quare aspera facta 61
Asperitas & lævitas magis quàm raucedo & asperitas repugnant. 61
Astringentia quando relaxantibus admiscenda 122
Attenuandi humores modus varius 111

B

BILIOSVS ad sui conseruationem calidioribus eget pituitoso 97
Bilioso breuius exercitium confert, pituitoso longius, illi iterum somnus breuior, huic longior 98
Bilis frequens vomitus quid sig. 63

C

CACOCHYMIAE aduersatur purgatio, plenitudini, sanguinis missio 110
Calidi & sicci præcocius ac magis hirsuti 32
Calidorum ac frigidorum differentia à cibo capitur 50
Caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas

ſiccitas maximè tactu deprehenditur 11
Calidi ingenioſi, ſed valde inconſtantes; frigidi parum ingenioſi, ſed conſtantes 28
Calor naturalis ac ſpiritus in cordis ventriculis reſidet 72
Caluitiei cauſæ 33
Caluities naturalis & morboſa 33
Capitis bona figura, bonam demonſtrat cerebri temperaturam 22
Capitis dolor membranas affectas demonſtrat 69
Capitis figura quare rotunda, & in vtroque latere depreſſa 22
Caput paruum ſemper ſignum malum: occiput aut ſinciput nõ 23
Caput quare citius, & præ ceteris partibus magis pilis tegatur 31
Cauſæ triplices, conſeruantes, curantes, & retinentes 88
Cerebri affectus magis tolerabilis quàm ſecurus 69
Cerebri indicia duo ibid.
Cerebri temperaturarum indicia, ex eo quod facile cauſis externis reſiſtat aut ab eiſdem lædatur. 30
Cerebri temperati indicia ibid.
Cerebri temperaturæ fidelius ſignũ ex ipſius operationibus 21
Cerebri temperati ſigna ex operationibus naturalibus 29 expilorum conditione 31 à ſenſu communi 35 ex proximis ſenſuum inſtrumentis 36
Cerebro frigido & humido an citius caneſcant iis qui ſunt frigido & ſicco 36
Chriſtus qualem comam habuerit 35
Chylus ac recens cibus vomitu magis reiicitur 120
Concoctionis imbecillitas vnde cognoſcatur 74
Concoctionem tardiorem, tardior excretio ſequitur 75 & quo infirmior, eo excrementum copioſius 75
Concoctionis ventriculi cum ſomno ferè æquale tempus 94
Conglutinatio in quibuſdam ſimpliciter poſſibilis: in quibuſdam impoſſibilis 115
Conſeruatio corporum intemperatorum 97
Conſeruatio duplex, temperati ſcilicet corporis & intemperati 88
& in temperato promptiſſima 91
Conualeſcentium procuratio 130
Cor omnium viſcerum principaliſſimum, ac eius temperies, ex operationibus captanda 42
Cor citra venenum vix in tantum refrigerari poteſt, vt cardiacam adferat 72
Cor ſolis calidis & ſiccis morbis expoſitum, & ſicci ferè cum hectica feb. 72
Cordis motus & reſpiratio quomodo ipſius ſequantur temperiem 43
Cordis temperati indicia 43
intemperati 44
Cordis compoſitarum temperaturarum differentiæ ac mores ibid.
Cordis prædicti affectus naturales ne ſint, an ex educatione, vnde dignoſcatur 45
Cordis alia ſigna à circũſcriptione externa, à pulſus, reſpirationis, & morborum differentia 45 & alia iterum ab vniuerſo corpore 46
Cordis affectus rari, & eorundem rariſſimus euentus 71
Cordis affectus non diſtingui ex operationibus moralibus, vt vitalibus 73
Cordis intemperaturæ, quæ & quando palpitationem inferant, 72
Corde qui multum ſunt calido, aut ſubitò moriuntur, aut febre acuta, aut tabe 72
Corpora ſalubria, ſana, inſalubria, & neutra, & horũ differentiæ 67
Corpus æquabiliter intemperati facilis mutatio, inæquabiliter difficilis 101
Corporis ſaluberrimi deſcriptio, & quartum eius ſignum 14
Corpora intemperata quando corrigenda, & quæ ad temperiem redigi poſſunt, & quæ non ſine periculo taliter conſeruari 99
Corpora neutra quæ ſint, 77
Corporis neutri ac ægri differentia 64
Corporum neutrorum præſeruatio, & qui neutra diſpoſitio differat à morbo fiente 128
Corpus denſum citius calefit, rarũ facilius frigefit 52
Curatio morborum inſtrumentalium 117

Curatio morbi in figura 117
Curatio tertij morbi in figura 125
Curatio morborum in numero 125
Curatio morborum in magnitudine 126
Curatio morborum in situ 127
Cutis meatus quomodo constringantur 105 quomodo laxentur 106

D

Debiles aliquando maius medicamentum postulant robustis 114
De iecore quædam controuersia 48
Deiectiones dilutiores aut magis tinctæ quid significent 79
Deiectiones frequentes & coloratæ quid significent 64
Deiectiones pauciores, copiosiores, præcociores, tardiores quid significent 78
Delirium cerebri substantiam affectam indicat apoplexia eius ventriculos 67
Difficultates quædam & earum solutiones 66
Discrimen vnicum inter magnam vocem & grauem 61
Doctrina compositiua ac definitiua componit, omnes traduntur scientiæ 3
Dolor grauior excitatur mota materia quàm quieta; ac facillimè in stomacho, ventre ac intestinis 82
Dolor non solùm tactu percipitur, sed etiam aliis sensibus ibid.
Dolor parum facit ad dignoscendos cordis affectus 73
Duo sanitatem nostram destruentia 88

E

Error eorum qui futuram, aut præteritam crapulam, pilulis ante cibum conantur curare. 120
Esus continuus carnis salsæ melancholicum morbum tandem affert 129
Euacuationes diuersæ & vniuersales si necessariæ, particul. præmittendæ 112
Euacuatio in corporibus plenis aut etiam mediocribus per contrariam fienda 122
Euacuationes particulares & medio modo sese habentes 113
Euacuationem quando per ipsam partem tentare liceat 121
Euacuationis quantitas pro natura morbi & ægri administranda. 113
Excellens caliditas operationes vitiat, frigiditas diminutas reddit 71
Excrementa declarant magis affectus, quàm loci diuersitatem, sic & accidentia 68
Excrementa etiam corpus mutant 90
Excrementum hepatis varium varios morbos procreat ibid.
Excrementum hepatis, vrina scilicet, super hepate, vt fæces super ventriculo significat 79
Excrementi cum alimento maxima proportio 94
Excrementa narium, palati & oculorum diu retenta, aut profluentia, quid significent 81
Excrementa præter naturam, vt vermis, lapis, crines, carbones quid significent 79
Excrementorum qualitas, quantitas ac opportunitas describenda, sicuti & ipsius exercitij tempus 92
Excrementum tertium, vniuersi corporis 80 & sæpe febres ac putredines accendit 50
Exercitia iusta conueniunt sanis; conualescentibus leniora 130
Exercitij mediocris terminus 94
Exercitium paruum frigidi contemnunt, calidi parum admittunt ibid.
Exercitij scopus 98 tempus opportunissimum 92
Exquisitissima viuendi ratio difficilis magis quàm vtilis 97

F

Falsa quorundam de pulmonis excremento opinio 58
Fauosa immediata causa frigiditas 54
Fastus vulgaris in mulieribus neque aquam superbia est, sed potius stultitia quædam 44
Febricitantes appetunt frigida, refrigerati calida, humidi carbones,

bones, cineres, terram: sicci fungos 55
Febris plerumque magis calida quàm sicca 112
Feces durae tribus de causis 118
Figurae exterioris vitium, quod facile, & quod difficile curetur & quando 105
Figura interioris vitia per omnem aetatem quodammodo castigantur 105
Fluxus fluxum pronocat 121
Formationis vitia oculis exposita, nec vllum omni caret noxa 63
Frigida craſſarũ partium aliquando magis incalfaciunt 110
Funiculeuatie ex stomacho qui detineant spiritum vitalem 94

G

GALENVS minus quàm antea excusandus in definitione corp. salubr. 107
Generale axioma 65
Genitalium temperaturae indicia ex procreatione: maximè ex barba, & eius colore 49

H

HABITVS corporis signa 50. 51. 52
Hepatis affectus indicia, & tria eius officia 73
Hepatis temperaturae indicia, & quae naturalis eius temperies 46
Hepatis ex vrina maximum indicium 47
Hepar humidum ac frigidum sanguinem procreat tenuissimum. 48
Hepar & cor si in vna temperie conueniant, quid sequatur 48
Hepatis aut ipsius venarum paruitatis indicia 63
Humiditas instrumentalis quae dicatur 51
Humores attenuandi modus varius 111
Humores in diuersis corporis partibus, per diuersas etiam euacuantur 119
Humores omnes actu humidi & calidi 46

I

IN catalepsi & catoche magis posterior pars cerebri laeditur 70
In cerebri ventriculis residet sensus & motus, in substantia ipsa mens 70
In febre aliquando ipsi magis occurrimus: aliquãdo ipsius causae; & quae intermissionis tempore exhibenda 111
Inflammatio ante obstructionem tollenda; eius origo & curatio 121
Ignorantiae nostrae succurrit natura 125
In humorum expurgatione quid obseruandum 123
In sopore, epilepsia, lethargo, apoplexia quae cerebri partes magis afficiantur 70
Instrumentalis & similaris aliquando eadem pars, nulla tamen similaris ac dissimilaris 103
Instrumentales & naturales partes quae dicantur 102
Instrumentalium leuiorum vitiorum curatio 102 & quae curari possint aut non 104
Instrumentalium partium salubritatis signa 12
Instrumentalium vitiorũ quatuor differentiae 103
Instrumentalia vitia in situ duplicia 104
Intellectus: & eius officium 25
Intellectus aliquando aberrat, constante memoria & phantasia: nunquam tamen constat his vitiatis 24
Intellectus maximè gaudet caliditate 25
Intellectus diuersae partes in diuersis vigent 27
Intemperatura corporis nostri praeuos humores auget 129
Intemperatura relicta quomodo curetur ibid.
Intemperies ab humoribus relicta quomodo tollenda, & quousque alteratio fieri liceat 124
Intestinum collapsum saepè per se locum suum repetit: & ipsius aut omenti collapsi curatio 127
Inueterata in ossibus vitia emendationem possunt 117
Inuidia non sequitur temperaturae vitium,

vitium, sed innatam malitiam: sic & superbia 44
Iuuenilis ætas consistente calidior 47
Iuuenilis ætas magis quàm puerilis carne gaudet: senilis piscibus 53

L

LACTVCA à cœna exhibenda vbi somnum prouocare placet 110
Lactuca magis ventriculum quàm hepar refrigerat, minimè cerebrum ibid.
Lapidis aliquando sola curatio, ipsius est transpositio 107
Lapidis transpositio quibus fiat, & vera curatio, excisio 119

M

MANVS, brachij, aut cruris contractio vbi est, conqueri magis quàm medicari licet 127
Medicamenta solida suam facultatem relinquunt in stomacho 102
Medicamentorum vsus, modus, & apparatus 114
Medicæ artis quatuor officia: eius subiectum & finis 1
Medicina omnium scientiarũ præclariss. 2 & per resolutionem inuenta 3
Medicinæ variæ definitiones 4.5 & illis omnibus subaudienda partium integritas 7
Melancholicis ex adustione plus excrementi 32
Melancholici maximè valent phantasia 26
Melancholia, stultitia, phrenitis, insania 70
Memoria, & eius officium; & maximè siccitate gaudet 25
Memoria & phantasia maximè valent sicci: humidi discendi facultate 27
Menstrua & hæmorrhoides retętæ quid significent 80
Menstrua diu profluentia quid 81
Morbi calidi ac frigidi facilius humidis & siccis cognoscuntur 37
Morbi externi facilius cognoscuntur internis 64
Morbi grauissimi ex nimia Venere 96
Morborum tres partes 108
Morbus factus facile inuenit contrarium, difficilius futurus 110
Morbus in tertio ordine cal. requirit frigidum in eodem: non tamen semper 109
Morbo vtrique sæpe occurrendum, semper tamen magis morbi causæ 108
Morbus quando lethalis 86 & quando salutaris, aut incertus 87
Motus & quies, & quæ ille incalfaciat aut exsiccet 90
Mulieres quare viris ignauiores 53
Mulieres quare vocem minorem viris edant, & quare obscurè vocem mutent, similiter & eunuchi 60
Mulierum fastus magis stultitia quàm superbia 44
Mulierum consilium primum optimum, secundum temerarium, tertium pessimum 28
Mulierum coma quare crispa ac diluta, virorum subinde nigra & crispa 32
Musculi carnosi gracilibus humidiores 51

N

NATVRALIS facultatis defectus aliunde etiam quàm ex vrina deprehenditur 86
Non citra periculum crudus cibus per ventrem deiicitur 120
Non omnia in ventre contenta medicamentis purgantibus cedunt 120
Non omne contrarium ad morbum propellendum sufficit 109
Non omnis humor malignus statim morbum procreat 128
Non solùm ægritudinem minantur quæ in peius, sed etiam quæ in melius mutantur 65

O

OBSTRVCTIONIS ex humoribus factæ curatio 119
Obstructio renum & colli vesicæ; & eius curatio 119
Oculus præ ceteris sensuum organis maximè discernit cerebri temperiem 37
Oculi temperaturarum signa ibid.
Oculorum color ferè duplex 38
Oculus temperatissimus & intemperatissimus quis 38

Oculorum diuersum colorem, solus homo & equus obtinet 38
Oculorum coloris diuersitas vnde proueniat ibid.
Oculi color niger, cæruleus, aut glaucus vnde 39
Oculi quorundam quomodo scintillent ibid.
Oculi situs quoque nonnihil colorem mutat 40
Oculi qui lumen difficulter aut facile ferant 40
Oculi humiditas aut siccitas quomodo ex dictis cognoscenda 41
Oculi non solùm in capris, sed & ouibus licet humidis glauci, ac in canibus exiniè siccis, nigri 41
Oculi in hominibus & equis glauci, sicci, nigri, humidi 42
Oculus cæsius quare in puella laudetur potius quàm niger ibid.
Oculorum ex prædictis coloribus an etiam distinguenda sit caliditas aut frigiditas 42
Oculorum phantasmata accidentibus præter naturam annumerantur 83 vnde appareant 84
Omnis subita mutatio mala 100
Operationes instrumentales sola aliquando intemperies vitiare potest 12
Operationes primariæ quæ dicantur, & quot sint 23
Operationes primariæ specie distinctæ 24
Operationes primariæ maximè conferunt ad discernendam cerebri temperaturam 28
Operationes primariæ non tam facile mutantur 29
Ordo in clysteribus iniiciendis 118

P

Partes corporis duplices 17
Partibus primariis Gal. testes annumerat 18
Partes graciles quî impleantur 106
Partis instrumentalis iactura tantum ad numerum pertinet 125 sic quoque eiusdem excessus: item quæ secundo ad numerum pertinent, & horum curatio 126
Partis instrumentalis numerus desideratus reponi non potest 106
Partes nimium carnosæ quomodo macerentur 106
Partes primatæ corporis sine periculo laxari possunt, primariæ nunquam 122
Partium quarta & quinta differentia 19
Paruum caput semper cerebri prauum signum 20 non tamen semper intemperatum 21
Pectoris affectus tussis arguit 76
Pectoris quæ pars affecta sit, quibus signis diiiuguatur 76
Pectoris temperaturæ signa 58
Phantasia & intellectu sano, læsa aliquando memoria, sic & e contrario 24
Phantasia sæpe vitiatur constante intellectu & memoria ibid.
Phantasia rarò vitiatur intemperie 26
Pili eandem retinent formam foris, qualem antea in poris 32
Pilorum eruptio nequaquam generatio: & quare non omnes corporis partes pilis tegantur 31
Pilis quare caput citius, & præ ceteris partibus magis tegatur. 31
Pilorum pori aliquando recti, aliquando obliqui unde 32
Pilorum quantitas vnde ibid.
Pili in temperatis qui cognoscantur 34
Pilorum iactura in morbo Gallico vnde ibid.
Pilos mediocriter crassos an habeat temperatus, & de eo vulgi iudicium 35
Pilorum figura etiam cerebri temperiem distinguit 34
Pilos quales Christus habuerit 35
Pilos rufos habentes, aut multum boni, aut latenter mali: exemplum de Dauide & Esau. 36
Pilos crassiores in pueris facit frequens derasio 106
Piper nullam virtutem retinet vbi hepar pertransierit 110
Plura semper intemperata quàm temperata 99
Potiones non diu remanent in stomacho 102
Præcautio pusilla perdit, ac magna pusilla reddit, teste etiam Platone 128
Præseruatio eorum qui ob longam inediam, vigilias, aut laborem periclitantur 130
Præseruatio senum 130
Procuratio conualescentium ibid.

Pueri

Pueri quare aquam, viri ac senes vinum appetant 56
Pulmonum temperaturæ indicia ab excrementis 58 à voce 59

Q

QVALIS sanguis, tale excrementum ac pilus 33
Qualitatum temperies in quibus obseruanda 99
Quando prior aut posterior cerebri pars offendatur 70
Quando prospiciendum ipsi virtuti: & quando ipsi occurrendum morbo 87
Quare ægri quidam locum non seruent 85
Quare humores citra hepar facilius per ventrem, supra autem per vrinam, purgentur 120
Quare leones, lupi, sola carne delectentur 53
Quare nonnulli mane sitiant 78
Quare aperto ore dormientes, oris siccitatem incurrant 58
Quare æstate omnem purgationem faciamus per superiora 119
Quæ sanitatem nostram violant specie ac numero eadem cum iis quæ ipsam conseruant: & quot sint 88
Quæstio medico indigna 99
Quemadmodum frigiditas prima causa pituitæ: ita humiditas secunda 58
Quid per corporis constitutionem intelligendum 7
Quidam nullo etiam assumpto cibo quare nausea, vomitu infestentur 75
Quorundam inuentio in componendis medicamentis in corpore inæquabiliter intemperato: & nostra 101
Quomodo per magnam fistulam parua vox elidatur 59

R

RATIO frequenter melius indicat ipso sensu 32
Raucedinis diuersæ causæ 61
Remedia pulcherrima aduersus obstructiones viscerum interiorum 123
Renum & vesicæ affectuum signa triplicia 76
Res præter naturam sex 89
Res præter naturam quando sanitatem conseruêt & destruant 91
Rerum harum præter naturam moderatus vsus iuuat, immoderatus offendit. & modus vtendi in tribus consistit 91
Ridiculosum est in excrementis qualitates in 1. aut 2. ordine distinguere 98

S

SANGVIFICATIONIS vitium habetur ex vrina, & corporis habitu 73
Sanguinis generati imperfecta distributio vnde cognoscenda 74
Sanguinem non solùm mittimus aduersus plenitudinem, sed & morbi magnitudinem 112
Sanguis qui è venis excidit, difficile regurgitat 122
Sanguis vt spiritus subtilior in temperato, & biliosus temperato tenuior 26
Saniei qualitas & quantitas expendenda 116
Sapores, fœtores, soni præter naturam quid significent 83
Senectus simpliciter impediri nequit; sed retardari potest 131
Senum constitutio qui differat à constitutione conualescentium. 130
Senum præseruatio ibid.
Senum procuratio nequaquam vt conualescentium simplex 131
Senui intemperato corpore non facile corrigendi: deinde auaritiæ dediti: tertiò qui Reipub. præsunt 108
Signa triplicia 9
Signa alia triplicia ibid.
Signa neutra admodum varia 10
Signa corpora salubria distinguentia, & eiusmodi quatuor ibid.
Signa insalubrium corporum & neutrorum 16
Signa insalubrium corporum magis specialia 17
Signa neutrorum corporum magis specialia 64. 77
Signa neutra quare dicantur 77
Signa neutra etiam dicuntur salubria & insalubria ibid.
Signa neutra ab appetitu 77 ab accidentibus 81

Signa

Signa alia neutra ab appetitu 78
Signa supradicta neutra etiam in concoctione & excretione ibid.
Signa ab operationibus animalibus 81
Signa ex Venere, & ignaua, & supra modum alacris quid significet 81
Signa morborum triplicia 65
Signa futuræ ægritudinis ibid.
præsentis 66
Signa substantialia in distinguenda cerebri temp. locum non obtinent 20
Signa crystalloidis multitudinis aut breuitatis 40
Signa eiusdem puritatis aut impuritatis 41
Signa varia, capitis varios affectus demonstrantia 68
Signa affectus differentiam demonstrantia 68
Signa distinguentia affectum primarium à secundario ibid.
Signa critica duplicia 87
Signa salutem aut perniciem significantia duplicia 84
Signa morbi magnitudinem significantia varia 84
Signa virium imbecillitatem significantia non tam multa 85
Signa naturalis facultatis debilitatem significantia 86
Signa vitalis & animalis facultat. defectum demonstrantia 85
Similia corporis humidi ac sicci tutiora quàm calidi aut frigidi 97
Similarium ac instrumentalium partium sanitas vnde 103
Sitis appetitus actu humidi 55
Sitis non semper ventriculi siccitatem sequitur 57
Sitis magna sæpe diuersas causas sequitur, sic & tussis & sanguinis eruptio 66
Sitis differentiæ ex ventriculi affectu, & aliorum viscerum 57
Socrates quare nunquam à foro redierit lætior aut tristior 95
Solutio continuitatis 107
Solutionis continui, & primo vulnerum curatio 114
Solutio continui in neruo periculosissima: & eius curatio 116
Somnus ac vigilia 90
Somni scopus 98
Somni temperati descriptio 94
Somnus multis perturbatus insomniis quid significet 81
Somno mediocri contenti temperati: frigidi non: calidi ac sicci magis insomnes 35
Somnum longum qui admittant 36
Somnum quietissimum admittunt frigidi & humidi ibid.
Sordes & humores in vulneribus abstergendi 116
Spiritus, sicut sanguis, illustrior in temperato 15
Spiritus visuus optimè comparatur radiis solaribus 39
Stupor sensuum priorem cerebri partem affectam indicat: motus imbecillitas posteriorem 67
Stultitia hic quæ dicatur 71
Suffusionis diuersio, & lapidis trãspositio, quî fiat 126

T

TARDIOREM concoctionem tardior sequitur excretio 75
Temperatura optima in omnibus modum seruat 92
Temperatura optima aliquando vitiatur 92
Temperatus felicissimus 27
Temperatura prior duobus modis mutari potest 101
Tempore excretionis vrinæ quare lapis maximè dolore exerceat 82
Tenuis substantiæ medicamenta in affectibus internis conueniunt. 110
Traductio succi è ventriculo fit paulatim: purgatio affatim 111
Tussis quando sequitur membranas aut musculos affectos, maiore cum dolore est: quando pulmonem, maiore cum angustia 76

V

VENA, arteria, articulus ablatus restitui non potest 125
Veneno assumpto quæ resistant. 129
Venenum assumptum non statim interficit 129
Venenum impactum adurentia exigit 121
Veneris commoda ac incõmoda 95
Veneris exercendæ tempus opportunissimum & quæ ab ea cauenda 96
Veneris incommoda eius insolentiam sequentia 95

Veneris rarioris incommoda in viduis maxima ac periculosissima 95
Venerem qui minore damno admittant 96
Veneri qui nimium indulgent, eorum cerebrum exiguum & anhelitus fœtidus 96
Venæ sectio statim fieri potest: purgatio non 110
Venæ sectio in omnibus febribus vtilis 113
Ventriculi indicia, eiusque operationes præcipuæ duæ 53
Ventriculi calidi, humidi, ac sicci signa 53
Ventriculi signa ab appetitu 53
Ventriculi secunda distinctio ex siti 54
Ventriculus quibus siccus, magis sitiunt: quibus frigidus, citius fauent 54
Ventriculi naturalis temperaturæ signa, sicuti in sanis sumuntur ex appetitus differentia: ita & morbosæ in ægris 55
Ventriculi signa ex concoctione 56
Ventriculi calidi ac frigidi signa 56
Ventriculi signa plura ab appetitu quàm à concoctione ibid.
Ventriculi frigidi, ac hepatis simul calidi curatio 102
Ventriculi affectus indicia 74
Ventriculi affectus species, ex iis quæ euomuntur 75
Ventriculi affecti indicia ex deiectionibus ibid.
Ventriculum curant medicamenta in forma syrupi: hepar potiones 102
Ventriculi cum corde & cerebro maximus consensus, cum hepate mediocris 67
Victus aëris remedium 91
Victus semper vnus & idem tandem morbum infert 129
Vlcerum curatio 116 & omnia exsiccatione egent 115
Vnaquæque intemperies ad priorem temperiem reducenda 124
Vniuersi corporis moles quî curanda 127
Vocis aliæ differentiæ, ex quibus frigiditas ac caliditas pulmonis captanda 61
Vox grauis & acuta: ac discrimen vnicum inter magnam & grauem 61
Vocem quare ægri paruam non acutam edere possint 62
Vocem minorem mulieres viris quare edant 60
Vocem quare obscurè mutent mulieres & eunuchi 60
Vocem quare vituli grauiorem, tauri acutiorem edant 62
Vomitus quibus fiat 120
Vrina diluta quid significet: item biliosa 73
Vrina in senibus diluta: in pueris crassa 80
Vrinæ hypostasis omnium maximè perpendenda 80
Vrinæ insolitus color magis hepar suspectum reddit; sic & substantia mutata 79
Vrina pauca quid significet: item quando festinat aut tardat ibid.
Vrina super morbis renum & vesicæ 76
Vulnerum curatio 114 & quid vltimò in ea obseruandum 115
Vulnera neruorum quamuis parua, tamen periculosissima 116

FINIS.

43908
S

ATENEO VENETO

BIBLIOTECA